

BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
30 F
37

CORNELII

BENINCASII PERVSINI
Iuriſconſ. & AEquitis Aureati,

Tractatus.

DE PAVPERTATE AC EIVS
PRIVILEGIIS
Vberrimus.



In quo inter plurima quæ recenſentur ſpe
cialia miſerabilibus perſonis indulta:
facillimus ſubijcitur modus, &
ordo adeundi hereditates
cum beneficio legis &
inuētarij, tam ex iu
re cōmuni q̃ mu
nicipali deprō
ptus.





Nunc primum in lucem editus, Summarijs,
& locupletiſsimo indice decoratus.

AD ILLVSTRISS. FVLVIVM
Corneum S. R. E. Card.
Ampliss.

Suſcipe, quęſo, pium, Princeps Celeberrime, librum;
Et ſint exigua hęc munera grata tibi.
Sint, Patrię Pater, ad fauſtos tibi Neſtoris annos.
Imperium, Nomen, Gloria, Splēdor, Honos.

ILLVSTRISS.mo FVLVIO CORNEO S. R. E. Presb. Card. Amplißimo.



Cornelius Benincaſius S. P. D.

OLENNE Illud, atq; in more poſitum eſt, Celeberrime Princeps, vt cuiuſcunq; argumenti opera ederentur; ea nomini alicuius Principis dicata exirēt in publicum: Quod optima ſanè ratione factum aſſerunt; vt potè quia tanta ſit vitiligatorum inſectatio, canina q; rabies, vt ſcripta ipſa omnia optimo videantur egere defenſore. Quod ſi ita quidem ſeſe habet, vt vno ore fatentur omnes quantò magis ingenue fatendum eſt meū hoc de Paupertate argumentum eius modi patrocinium, & illud quidem potentisſimū ſummopere deſiderare? Nam, cum illud vnum ſtudeant omnes, cum eò omnia ſua liberalium diſciplinarum ſtudia di-

rigant, vt relicta Paupertate ditescant, & vbi id assequuti sunt, prȩclare secum actū esse putent; Quis est profectò nisi vir sit ad unguem factus, & sapientissimus qui Paupertatem non fugiat? & de ea tanq̃de re omnibus odiosa quicquam scribere non negligat? Cum tamen eiusmodi sit, vt satis amplum, & per honestum scribentibus, siquis animum adhibere velit, legentibus verò maxime vtile, & laudabile prȩbere possit argumētum. tot enim vtiliter & laudabiliter vere dici, ac disputari possunt, vt magnas doctrinȩ, & orationis diuitias habeat, neccesse sit, qui eam pro rei vtilitate, dignitate, & amplitudine tractare, ac exornare velit: Ipse verò (quamuis his animi dotibus prȩditum non esse me optime sciam) argumentum tamen hoc ab alijs hucusq; neglectum in medium afferre volui, sat mihi esse putans hæc primum pauca attigisse, & quasi digito demonstrasse, quȩ fortasse alij deinde doctiores, & facundiores tanto elegantius, ornatius, & copiosius explicabunt, vt in hoc etiam genere nihil futurū sit amplius, quod desiderari queat. Quam obrem Reuerendiss. ac Illustriss. Princeps

opuſculum hoc meum, qualecunq; ſit, Amplitudini tuæ dedicare, ſub tuoq; celeberrimo nomine, tutisſimoq; pręſidio edere decreui; Certò enim ſcio cum primũ ſub umbra alarum tuarum emiſſum eſſe cognitum fuerit; fore, vt omnes obmuteſcant detractores, neminẽq; tam audacem tamq; perfrictę frontis zoilum futurum: qui meam hanc Paupertatem caninis audeat dentibus lacerare. Quis enim tanta authoritate editum non probet? Quis pręclariſsimo tuo protinus nomine inſpecto nõ veneretur potius, atq; colat? Tu .n. (ανευ κολακευτίκων μυθων) inter purpuratos patres dignisſimus; inter Nobiles Nobilisſimus; inter ſapientes quidem ſapientisſimus; Tu deniq; omni virtutum genere, vel animi bona percunctemur, vel religionis, & pietatis ſtudium contemplemur, adeo explendeſcis; vt veluti iubar ſplendidisſimum ab olympi vertice delapſum inter cęteros appareas; & iure optimo te FVLVIVM diuinitus nuncupatum, id eſt, fulgentisſimum vbiq; terrarum sãctisſimę religionis ſydus agnoſcamus. Omitto Illuſtrisſimi generis tui nobilitatem, claritatemq; quã

moribus candidisſimis, prçſtantisſimisq; animi bonis indies exornas, clarioremq; efficere ſemper ſtudes; vnà cum Illuſtriſſ. ASCANIO Germano tuo Inuictisſimo, & Principe optimo, quorũ quidem animi magnitudo, Relligio, Pietas, Laudes, & prçconia vbiq; locorum corruſcant; patriamq; noſtram celeberrimam reddunt, & felicisſimam. Itaq; Amplisſime preſes, ſicut innumerabiles qui ad te patrocinij gratia ſupplices accedunt undiq;, repulſam non patiuntur, quin potius excipiuntur, benigneq; amplectuntur; & ſicut Peruſini huius gymnaſij tu optimus patronus, & protector, nec non totius Ciuitatis meritisſimum caput, defenſionem ardentisſime ſuſcepiſti; indiesq; magis, atq; magis protegis, foues, illuſtras, & auges, ſic quoq; liceat mihi fidelisſimo clientulo tuo munusculum hoc ſplendidisſimo nomini tuo humiliter conſecrare, ſub tuoq; perpetuo, & dignisſimo prçſidio vbiq; gentium tueri: iamdiu equidem compertum habeo te maximum eſſe Paupertatis patronum: nihilq; magis, ubi in Amplisſimorum Cardinalium ordinem cooptatus fuiſti, tibi an-

tiquius fuiſſe vnquam, q̃ȝ ſanctisſimam re ligionem amplificare, pauperes ſubleuare bonisqȝ fauere. Noruntid quamplurimi qui tuam ſępe experti ſunt,& quotidie experiuntur liberalitatem; nouit & tota hęc Ciuitas noſtra, cui Sanctisſimę Cogitationes tuę notę ſunt, cum alijs in rebus ad religionem ſpectantibus, tum in ſacrarum ędium ad Dei opt. max. cultum edificatione; vt priſtinam patrię tuę libertatem per te quidem candide reſtitutã (quamobrem Pater Patrię ab omnibus merito appellaris) penitus conticeſcam. Accipe igitur perexiguum hoc munuſculum, ingenioli mei quaſi primitias, in perennis meę deuotionis in te fidem, grato (vt ſoles) animo, ſerenaqȝ fronte, nam ſi fructus hoſce primos a te probatos accepero, omnem dabo operam, vt prędiolum meum quotidie magis excolatur, quo maturiores, vberioresqȝ fructus edere posſit. Vale Peruſię. vij. kl. Iul. M. D. Lxij.

PHILIPPVS VBALDVS V. I. Doc. & Canonicus, ac Collegij Iuriſconſul. Perus. Decanus. Cornelio Benincaſio Iuriſcons. Clariſſ. S. P. D.

X Literis, quas vnà cum libello tuo de Paupertate ad me proxime perferendas curaſti, facile mihi licuit tuam erga me beneuolentiam, ac obſeruantiam perſpicere: cum tantis in rebus iudicium meum requiras, & quid de libello tuo ſentiam, àme vęhementer expoſcas. Quod q̃ mihi gratisſimum fuerit, nullis unquam verbis conſequi poſſem: primo enim valde gauiſus ſum talem ac tā tum interpretationibus meis aliquādo habuiſſe auditorem: Deinde gratulor maxi mopere tibi, amicisq; tuis: quod in tenera adhuc ętate eos emiſeris fructus, quos profectò alij in ſenilibus annis interdū edere vix potuerunt: eamq; apud omnes tui cō citaueris expectationem, quam pręclarisſima familia tua, & Bernardini Genitoris tui Iuriſcons. Integerrimi optima geſta

procul dubio exposcere videntur. Et quã uis non tanti me faciam, vt censor esse pos sim de huiuscemodi rebus; quę ad te, digni tatéq; tuam spectant, quasq; iure amicitię cõmũnes mihi tecũ esse statuo, meã tamen sententiam paucis scribere non verebor: Perlegi ęquidem libenti animo opusculũ tuum; non tam ob elegantem dicendi for mam, quàm etiam ob ipsam materię noui tatem diuino quodam tibi numine infusã & pręter mirum in quęstionibus dispone dis ordinem, obseruaui vtilissimas quidẽ propositiones; subtilissimas disputationes Copiosissimas allegationes probatissimas q; conclusiones, & (quod summopere de- lectauit) eruditũ, ac pręclarum adeundę hęreditatis cum beneficio legis (vt dicunt) & inuentarij modum & formam, vtilem quidem omnibus ac neccessariã, à nemi ne alio ad huc ità dilucidè, & accuratè trã ditam. Itaq; nihil esse censeo, quod (ne illud edas) tibi impedimẽto esse posit: nã ꝙ detractores extimescas, non video: cum ijs carpendi ne locum quidem reliqueris, quinimmo plura esse animaduerto, quæ te ad id peragendum hortari debeant: &

eadem potiſsimum charitas ardentiſsima (qua procul dubio ĩpulſus opus hoc adeo egregiũ inſtituiſti) cum eam nullo pacto exequi poſsis, niſi illud in lucem edideris. Quamobrem (ſi me audies) non cõmittes vt tãtos labores fruſtra ſuſcepiſſe videaris: ſed protinus eos Typis excudendos mandabis: id enim nõ ſolũ expectatę, ſupremęq; omnibus vtilitatis erit: verũ etiam tibi, ſamilięq; tuę, atq; etiam huic cõmuni patrię laudem afferet, & honorem q̃ maximum. Vale Perus. 6. Nonas Martij.

1562.

Franciſci Sanctacrucij Montonenſis.

Corneli Interpres legum, iurisq; ſacrati,
Et patrię, & Tuſci gloria rara ſoli:
Dum Paupertatis conaris tradere iura.
Aeternum ingenio diuite condis opus.
Auguſtorũ aperis mẽtes, atq́; optima ſcripta
Illuſtras domiti qui ex tiria urbe fuit.
Quę pauptaté dignẽtur, honore, lenẽq;
Efficiant, affers, ac ratione probas.
Luculli tibi diuitias det Rector olympi
Qui paupertatis Commoda tanta refers.

Iacobi Sanctutij Perus.

Imprime Corneli, quę pauptatis honore
Iam dudum nobis munera grata refers.
Nō vulcanus edax, nō hęc mars ĩpius, ĩbres
Nō nothus, aut caries ditis ad ãtra ferẽt.
Hęc tibi viuẽti nomen, laudesq; parabunt
Claraq; gestorum fama perennis erit.

Elysus Elysius faliscus. Ad lectorem.

Sume tibi lector pręclarum candide librũ
Qui superũ tandẽ scandere regna cupis.
AEternus cœli voluit moderator, & orbis
Spernere diuitias, pauperiemq; sequi.
Sic etiam placeat tibi fautor pauperis esse
Virtutisq; tuę prẽmia digna feres.

Persius Ciurcius de Monte regali.

Si cupis oĩmodas humilis cognoscere metas,
Hoc Paupertatis perlege lector opus.
Nã ꝓdesse docet miseris, & obesse tyrãnis
Edocet ad cœlum scandere calle breui.
Cōpti oratores, celebres scripsere Poetę.
Hos sophia hic superat, consilioq; suo.
Italia Phœnix, Cœlo Sol, splẽdida mũdo
Doctorum viuit gloria, fama, iubar.
Iã cape lector opus tibi quo nō sãctius vllũ
Huius corde oculis integra iura lege.

INDEX SPECIALIVM PAVPERTA
tis quæ in hoc opere continentur.

Cornelij Benincasij Iuriscon.

PERVS. TRACTATVS DE PAVPERTATE AC EIVS PRIVILEGIIS. QVESTIO PRIMA FELICITER INCIPIT.

Summaria.

1 *Diffinitio ostendit substantiam rei.*
2 *Sine præfationibus non est incohandum.*
3 *Diffinitio, quid sit.*
4 *Diffinitio nō continēs substantiam diffiniti non ē bona.*
5 *Tolleratur diffinitio licet in ea non exprimantur omnia substantialia diffiniti.*
6 *Hinc declaratur diffinitio ususcapionis. Diffinitio Testamenti. & Diffinitio matrimonij.*
9 *Furiosus matrimonium contrahere non potest.*
10 *Ommißio necceßariorum uitiat subiectum.*
11 *Ommißio indictionis uitiat instrumentum*
12 *Ommißio eius quid consueuit memorari speciem falsitatis inducit.*
13 *Substātialia diffiniti in esse deducendi non sunt in diffinitione necessaria.*
14 *Diffinitio poni debet ut est in esse deducta.*
15 *Diffinitio duplex. quid nominis & quid rei.*
16 *Diffinitio quid rei cōuerti debet cū suo diffinito, cōstare ex genere et differētijs, et euacuare diffinitū.*

PAupertatis tractatũ aggressurus, ac eius spe cialia relaturus opere preciũ fore duxi, ante oĩa, quid sit paupertas præmittere, ut admo net Arist. primo de Cœlo Tull. lib. officiorũ primo & Bal. in tract. de carceribus in prin. & colligi tur. ex uerbis Iurisconsulti in .l.2.§. seruius autẽ Sulpitius de orig. iur. & in .l. si is qui ducenta.§. utrum. ibi animaduertendum .ff. de rebus dubijs.
1 Per † diffinitionem .n. cognoscimus substantiã, & quidditatem rei de qua uerba facturi sumus, secun dum Philos. 6. Topicorum, et tradit Abb. in rub. ext. de senten. excommu. Iason in .l. nemo potest in .2. lectu. nu. 17. de leg. primo Fran. Ripa in .l.i.ff. de Vulg. & doc. cõiter in .l.i. in principio. de acq. poss. Et late per Alcia. lib. 9. parer.c.21.
2 Cæterum ne illotis † manibus & sine ulla præfa tione ad rem ipsa protinus accedamus, ut inquit Iu risconf. in .l.i ff. de orig. iur. & not. in .l. ordina rij .C. de rei uendi. & per Dec. et moder. in rub.C. de eden. & in rub. de iudi. ext. cum præfationi bus declarentur sequentia .l. & quia .C. de pac.l. fin. de hæ. insti.l. titia .§. idem respondit. de uerb. ob. et per Corn. libr.2. conf. 27. in hac consulta tione. col.2. duo prodicendorũ exornatione præfe
3 renda duxi. Primum † scilicet quid sit diffinitio Secundum quotuplex sit diffinitio. & ad primum. omissa opinione quorundã in .2. methaphis. quos referũt Mod. in .l.i. in prin.ff. de uerb. ob. respon deo cum Boetio q̃ diffinitio est oratio substantiam

cuiusq; rei quæ diffinitur significans. ut refert glo. in .l. omnis diffinitio de reg. iur. & Latius Moder. Perus. in .l.i. in prin. nu. 41. de acqui. poss. Quod etiam sentit Cicer. in Topicis, cum dixit, q diffinitio est oratio quæ quid sit id quod diffinitur, explicat, Debet .n. ut sit bona diffinitio explicare substantiam & quidditatē rei Bar. in .l.i.ff. de Testam. Bal. in .l.i.ff. de usufruc. Soci. in .l.i. nu.14. .ff. quis & à quo. Mod. Vercel. in .l. siquis maior nu. 49.C. de transac. Quia uerborum proprietas, a, diffinitione sumitur. Bar. in .l. omnes populi .iij.q. sextæ .q. prin. de iusti & iu. Bellon. lib. supput. primo .c. xij. Et Hinc dicebat Bal. in rub.C qui admitti. in prima col. q per diffinitionē rei essentia, per descriptionem intelligentia clauditur. Bal. in .l. maximum uitium col. 2.C. de lib. præteri. Aret. cons. .S. in causa. col. 2. Hier. Cagno. Late, in .l. si emancipati. nu. 28. et seqq. ubi inter diffinitionem & descriptionem. differen-
4 *tiam ponit .C. de colla. Et Hinc uidemus † reprobari diffinitiones substantiam rei diffinitæ minime continentes. ut per Bar. in .l.i.ff. de appella. Port. in .§. libertas, in glos. in uer. libertas. Insti. de iure perso. P. Andre. Gamar. in dialec. le-*
5 *ga in loco a diffinitione. Aduertendum est † tñq non redditur diffinitio mala licet aliquādo non cōnumerentur in ea omnia substantialia rei diffinitæ. sat.n. esse uidetur q diffinitio ponat substantiam rei diffinitæ licet non exprimat, & specificet, omnes*

qualitates exquibus in esse deducitur ipsa res diffi-
6 *nita.* Vt † *bene uideri potest in diffinitione usus capionis, in .l.iij.ff. de usucapio. ubi in diffinitione non fit mentio tituli & bonæ fidei qui tñ sunt ne-cessarij pro substantia ususcapionis perficiendæ ut in .l.i.C. de usucapio. tranform. & inst. de usu-cap. in prin. et not. in .c. fin. ext. de præscriptio.*
7 Et † *in diffinitione testamẽti, in .l.i.ff. de testa. ubi in diffinitione nullum fit uerbũ, an hæres scriptus sit uel nuncupatus in testõ. et tñ neccesse est in testa mentis hæredem aut scriptũ aut nũcupatum esse .l. hac consultißima, in principio & in .§. per nuncu pationem .C. de testa. & in .§.i. & fin. insti. eo.* Dec. *in .l. hac consultiß. col. 2.C. qui testa. face.*
8 *poß. Guid. pa.q. 459. hæres in prin.* Et † *in diffi-nitione matrimonij in .c. illud ext. de præsumptio. & in .§.i. insti. de pat. pote. in qua nulla mentio consensus habetur, & est clarißimum q, consensus est de substantia matrimonij .l. nuptias. de reg. iur. & in .c. cum locum ext. de sponsa. & in .c. fin. in fin. de procura. in* Vi. *& 27.q.2. in prin.* Quã-
9 *obrem furiosus* † *ratione deficientis consensus ma-trimonium contrahere non põt .l. patre furioso ubi not.* Iason *in prima col.ff. de his qui sunt sui uel alie ni iur. et in .c. dilectus filius. ext. de sponsa. et ex his concludẽdum est in ipsa diffinitione substantiã et quidditatem rei diffinitæ ponendam esse, substãtia-lia uero illarum qualitatum ex quibus componitur diffinitio non esse penitus neccessaria,* Ideoq; *eorum*

ommißionem non uitiare diffinitionem, et ita subtiliter declarat Dec. in rub. ext. de iudicijs, in 2. lec. in 4. col. & ante eũ Roccus curt. in rub. ext. de consuetudi. ut refert Io. Neuiza in silua nuptia.
10 lib. primo nu. 157. in fi. Et † licet Fran. Rip. in .d. rub. de iudi. nu. 42. obijciat q̧ impoßibile sit ipsam diffinitionem demonstrare posse perfectã substantiam diffiniti si eius neccessaria ommittantur, cũ prætermißio corũ quæ sunt neccessaria uitiet subiectum .§. prætium Insti. de emp. & uend. & per Bar. in .l. i. ff. de uen. inspici Bal. in .l. testamentũ .C. de testa. & Ias. in .l. cũ hi .§. si prætor. in prin. .ff. de transac. & in .l. uniuersa. C. de præci. Impe
11 ra. offe. Et Hinc † consuluit. Dyn. q̧ õmißio iurisdictionis uitiat instrumentum ut refert Bal. in .l.
12 hæredes palã. in prin. ff. de testa. Et õmißio eius † quod consueuit memorari. præsumptionem falsitatis inducit, secundũ Bal. in .c. inter dilectos nu. 16. per illum tex. de fide instru. & õmißio responsionis uitiat stipulationem secundũ Io. de Imol. in .l. i. in prin. et ibi Ias. in .§. qui præsens in prin. de uer. oblig. & facit tex. à fortiori inductus in .§. præ-
13 terea insti. de inuti. stipu. Respõderi † tñ potest q̧ prædicta debent intelligi de substantialibus diffiniti neccessarijs ad ipsum diffinitum in esse deducendum, nam ad componendum testũm requiritur nuncupatio uel descriptio hæredis ad inducẽdam usucapionem requiritur Titulus & bona fides, ad ordinandũ
14 matrimoniũ requiritur consensus. Sed quoniã †

diffinitio poni debet ut res diffinita est in esse deducta, ex doctri. Bar. *& aliorum in .l.i. in prin. de acqui. poss. idcirco ea diffiniti substãtialia possunt in diffinitione õmitti, nam & si sint substantialia diffiniti, non tñ sunt de substantia in diffinitione postq̃ diffinitum est in esse productum.* Et *ita declarãdo (ut puto) non ob: impugnatio moder. prædicta.*

15 Quo † *ad secundum, sciendum est, q̃ duplex est diffinitio.* Altera *quid nominis, altera quid rei nuncupatur.* Arist. *primo de anima tex.* xi. Diffinitio *quid nominis ponit quid nomen significet, siue per essentialia, siue per accidẽtalia fiat. ut possessio est pedũ positio .l.i. in prin. de acqui. poss.* Mutuum, *est quòd de meo fit tuum .l.2.§. appellata .ff. si cert. pet. testũm, est testatio mentis, ut* Inst. *de testa. in prin.* Donatio *est doni datio .l. senatus, post prin. ff. de dona. causa mor. significamus .n. possessionẽ per pedum positionem,* Mutuum *per translationem de meo in tuum, testamẽtum per attestationẽ mentis, donationem per doni dationẽ ut colligitur ex* Arist. *& eius cõmet. iij. & .iiij. phisicho. & declarat* Vercell. *in .l. omnis diffinitio. de reg. iur. et de hac nominis diffinitione loquitur tex. in .l.i. si cer. peta. in .l.i. in prin. de Iusti. & iur. in .l.iij. de peculio. in .l.i. de furt. in .l. quæsitum, de re. iudi. & in .c. clericus .32.q.i. cum pluribus concor. & hanc nominis diffinitionẽ solent descriptionẽ appellare* Boe.

16 *in* Top. Gamar. *ubi supra.* Diffinitio *quid rei* † *est illa per quam edocemur de substantia & quidditate*

rei diffinitæ, ut in diffõne iustitiæ uideri potest in .l. iustitia :ff. de Iusti. & iu. & Inst. eo. in prin. in diffiõne. pacti in .l.i. in prin. ff. de pact. in diffõne doli in .l i. §. dolum .ff. de dolo. in diffinitione testamenti. in .l.i.ff. de testa. & per glo. Inst. eo. in prin. in diffinitione bonorum possessionis in .l.iij.§. bonorũ .ff. do. bo. poss. & per glos. Inst. eo. in prin. & in diffinitione tutele in .l.i.ff. de tute. & Inst. eo.
17 in prin. & in q̃ plurimis alijs locis. Et ista † conuerti debet cũ suo diffinito affirmatiue & negatiue uniuersaliter & particulariter .l.i.§. dolum & ibi Bar.ff. de dolo.glo. in .l. fin.ff. de uerb. signi. Bar. in .l.i ff. de testa. in .l.i.ff. de tutel. & in .l. imperiũ in prin. de iurisd. om. iud. glo. & doc. in rub. ext. de summa tri. & fide catho. Pau. Cast. in .l. si quis seruo .C. de furt. Ias. in rub. de acqui. hered. nu. 7. Alex. & alij cõiter in .l.i. in prin. ubi pont. Petrus. nu. 25. melius (ni fallor) quam alij .ff. acq.
18 poss. Et † constare debet ex genere & differentijs secundũ Philos. Vi. Topico. & Vij. metaphis. & per Bar. in .l.i. col.i.ff. de testa. Port. inst. eo. in prin. nu. 7. & Dec. in rub. ext. de iud. nu. 27. et in .l. omnis diffinitio. de reg. iur. & euacuare de-
19 bet † diffinitum per genus & substãtiales differentias, Abba. in .c. quamuis il ij. ext. de senten ex
20 com. Alci.d.c.21. lib. 9. parer. Et idcirco † dicebat Bal. q̧ per formam substantialem poni debet in .l. cum quis in 2. col.C. de iur. & fac. igno. Et hanc secundũ aliquos periculosam appellat iuriscon.

in .l. omnis diffinitio, de reg. iur. & probat Alci. lib. paradox. Vi.c.ix. quia si in Vno uitiatur tota
21 diffinitio corruit. Bene uerum † est, q diffinitio non semper ponitur pro substantia rei diffinitæ; nã aliquando ponitur pro regula & tunc sat est q in aliquibus locum habeat, ut in .l.i. in prin.ff. de reg. catho. & per glo. in supra dicta .l. omnis diffinitio & in .l. suus.§. puto. in glo.i.ff. de hered. inst. In=
22 terdum † quoq; diffinitio pro ipsa uoluntate, ponitur, ut in .c. epũs il ij. & ibi & etiam glo. xij.
23 q.2. Interdum pro stricta † uerborum significa=
24 tione .l. non aliter .§.i. de leg.iij. Interdũ † pro determinatione .l. fi. in fi.C. de sponsa. & .l.i. cum
25 glo.C. de iur. emphiteu. Interdũ † pro tractatu .§. & post eum. cum glosa in proem.ff. Et de=
26 mum † secundũ subiectam materiam eius significatio uariatur, ut in .c. si sacerdotes 16.q.iij. et in .c. primo, in quibus caus. feud. ammitt. in usibus feud. glo. in .l.i.§. quid sit ui factum .ff. quod ui. aut clam. Alber. in dictio. in uer. diffinitio, & per Archid. in .c. post quingentos. XVI.q.iij.

ET ex his sic breuiter premißis infertur q̃d tra=ctaturis nobis de paupertate utranq; eius ante po=nere conuenit diffinitionem ut bona & probabi=
27 lis sit oratio nostra. Cæterum quia † questio quid nominis præcedere solet questionem quid rei, ut in .l.i. in prin. de iust. & iu. & in .l.i.ff. si cer. pet. Idcirco à diffinitione quid nominis exordiamur.
28 Et est † sciendum q paupertas nil aliud significat

q̃ paruam partem exiguum patrimonium & modicas facultates. Dicta est enim à greco πενία idest pauca pecunia. uel à paruo lare, Teste Varro. lib. 4. de lingua Latina, eo q. qui modicũ in facultatibus habent, pauperes nuncupentur, quasi parũ potentes & parũ imperates Arch. in .c. quo iure col.i. octaua distinct. Paulus Cast. in .l. id quòd pauperibus .C. de epi. & cler. Alex. lib.7. consilio 158. uiso in fin. & per Moder. Med. in .l. quos-nos .§. locuples nu. xi. de Verb. sig. Hinc Cicer. paradox. 64. Marcus Manilius (inquit) patrum nostrorũ memoria pauper tandem fuit, habuit .n. ediculas in carinis & fundum in labicano, & tertio Tusculа. ut de paupertate non nunq̃ cuius onus disputando leuamus docentes q̃ parua & q̃ pauca sint quae natura desideret. Hinc Valer. Max. lib. 4. de paupertate loquens (ait) nõ attinet ulteriore disputatione Valerij publicolae paupertatem scrutari, Abũde .n. patet, quid uiuus possederit cui mortuo le[illegible] .is funebris & rogus defuit. Quamobrem euidenter apparet eos quibus nõ amplae suppetũt facultates pauperes appellari paupertatemq; a paucitate pecuniae dici. Quod & ✝ cõ-

29 probari posse arbitror, nam cum pecuniae uerbum ad numeratam pecuniam instricta significatione referri posit. ut in .l.i.C. de prob. et in .§. item praeciũ Inst. de emp. & uend. & latiori iure ad ea quae pondere, numero, mensuraue cõstant .l.ij.§. fin. uer. Itẽ mutuum. ubi glo. & doc.ff. si cer. pet. & in .l. Talis scriptura. de leg. primo. Atq; etiam gñaliter & la-

tißime ad omne id quod est uel esse potest in bonis & patrimonio nostro .l. rei appellatio de uerb. sig. &
30 .l.ij.§. pen.C. de cōsti. pe. Et ij † qui ampla fruuntur pecunia idest amplo patrimonio & multis fortunæ bonis diuites dicātur .l.ij. in prin.ff. Qui satisda. cogan. & .d.l. quos .§. locuples. de uerb. sig. Cicer. in paradox. quē, inquit intelligimus diuitē, aut cui hoc nomen imponimus? opinor in eo cui tāta possesio est, ut ad liberaliter uiuendum facile contentus sit. Et Theognid. philoso. in Gnomis. ni mirum illi diuites sunt, quibus multum est argenti & auri: Et agri feracēs, tritici, equi, muliq;. Ita econuerso qui paucis pecunijs & fortunæ bonis fruuntur pau-
31 peres debent appellari. Vt contrariorū † quo ad cognitionē eadē sit disciplina iuxta nota. in .l.i.ff. de his qui sunt sui uel alien. iur. & Inst. de tutel. in prin. & ordinarie perscriben. in rub.ff. de acq. poss. Quam-
32 obrem dicebat † notan. Bar. in proposito in .l. Lucius .§ hæredum. per illū Tex.ff. ad Trebel. quod si quis legat alicui alimenta ex fructu paupertatis suæ intelligitur legare alimenta ex fructu modici patrimonij sui, quod sequitur Bal. in rub. C. de Ver. sig. ad fi. & Iaso. in .l. si cōstante nu. 152.ff. solu. matri.
33 Sed Deueniendo † ad diffinitionem quid rei, Posset quispiam forte quærere quomodo posit paupertas diffiniri cum apud Philos. iij. & iiij. phisico. cautum sit diffinitionem soli enti positiuo non autem priuatiuo competere posse, nam cum in diffinitione ipsa ponatur quidditas & essētia rei difinitæ & entis pri-

uatiui nulla sit quidditas, ens priuatiuũ diffiniri nõ potest, ut etiam dicit Bal. in rub.C. qui admitti in .i. col. Vnde cum paupertas sit ens priuatiuũ quo niam ij qui facultatibus et fortunæ bonis priui sũt, pauperes dicuntur, Bar. in .d.l. Lucius .§. Hæredũ, & supra diximus: sequitur q eius diffinitio haberi
34 *nõ poßit. Huic † obiecto notabiliter respõderi põt negando paupertatẽ ens priuatiuũ proprie & simpliciter esse, nam & si negari nõ poßit, eos pauperes esse, qui diuitijs denudati sũt, nõ tñ infertur ex eo q paupertas proprie sit ens priuatiuũ et sim*
35 *pliciter. Quapropter dicendũ est † quod sicuti ser uitus quæ est priuatio libertatis .§. ius aũt gentiũ. Insti. de iure natu. non dicitur ens priuatiuũ simpliciter, sed respectu libertatis ãmissæ .l. manumissiones .ff. de iust. & iur. et Inst. de liberti. in prin. & diffiniri põt ut in .l. libertas.§. seruitus .ff. de sta tu hominum & in .§. seruitus insti. de iure perso. Vbi ponitur diffinitio seruitutis secundũ Dec. in .l. omnis diffinitio, de reg. iur. Ita paupertas nõ dicitur ens priuatiuũ simpliciter sed respectu diuitiarũ &*
36 *bonorũ. Vnde sub intrat † reg. quæ est q illud qđ nõ est simpliciter tale, sed secundũ quid est tale, non est proprie tale, Bar. in .l. Lucius .§. quæstiũ de legatis iij. Bal. in .l. pen.C. q̃uo & q̃n iudex. Bar. & oẽs in .l.i. circa fin. in ea quest. an creditor cõditioalis sit proprie creditor .ff. si cert. pet. Ias. pro regula, in .l.i. col.i.ff. si ex noxa. causa aga. Gram. Decis. 92. in causa honestæ mulieris nu. 12. et Bello.*

lib. supputa. primo cap. xiiij. Ideoq; iure optimo di
37 *finiri poterit. Ommiſſa † igitur diffinitione Plato. lib. 5. legũ dicẽtis paupertatẽ eſſe nõ poſſeſsionis decrementum ſed inſatiabilitatis augmentũ. Ita noui*
38 *ter (ni fallor) eã definio. † Paupertas eſt rei ad re*
39 *cte uiuendũ pertinẽtis neceeſsitas. Quã quidẽ † diffinitionẽ cõprobo quoniã is qui habet unde alimẽta percipiat niſi tñ abunde ad bene beateq; uiuendũ habeat pauper nũcupatur: Archi. in .c. quo iure. viij. diſtin. Pau. Caſtr. in .l. id quod paupibus .C. de epi. & cleri. quaſi parũ potẽs per ea quæ in diffinitione quid nominis ſuperius dicta ſunt. Et Hinc apud philet. legitur. Proinde iucundior mihi paupertas & modica poſſeſsio fuit. Et apud Socrat. quos igitur pauperes & diuites uocas? illos qui nõ ſatis habent ubi ſumptus facere oportet, pauperes, qui ue*
40 *ro ultraq̃ ſatis habent diuites apello. Et Hinc eſt †*

q. puella cui non deſunt ad uictum neceeſſaria ſi nobilis eſt & ſecundum eius conditionem & qualitatẽ ex paucitate dotis & patrimonij æquali uiro nubere non poteſt pauper appellatur. Bal. in .l. ſiquis ad declinandam .C. de epi. & cleri. & in .l. paupertas .ff de excuſa. tuto. Dec. in .c. ceterum nu. 74. ext. de iudi. & in cons. 120. & pro tenui col. fin. & pro communi ſenten. Bello. in cons. 16. ſtat ſtatutũ nu. 6. ex qualitate nanq; perſonarũ pauperes appellãtur ſecundũ Alex. lib. 6. cons. 213. nu. 8. ex quibus liquido cõſtat rei diffinitæ in diffinitiõe noſtra
41 *ſubſtantiã poni. Item cõprobatur † et ſecũdo quoniã*

hæc diffinitio constat genere & differentijs. Genus est ibi (neccessitas) illud .n. uerbũ plures species sub se comprehendere & ad quam plura quorum indigemus referri potest ut ad neccessitatem famis .l.ij.C. de patribus qui filios distraxerunt & in .c. siquis. ext. de furt. Ad neccessitatem soluendi creditoribus, ut Insti. de oblig. in prin. cum glo. ad neccessitatem iurisdicendi. glo.iij. in .l.i.ff. de iurisd. om. iud. in diffinitione iurisdictionis quã approbat Bar. & Doc. communiter in .l. Imperium. ut ibi testatur, Nouiss. Bononiens. nu. 45. eo. tit. Ad neccessitatem consentiendi filio fam. agenti in iudicio .l. cum nõ solum .§. neccessitate .C. de bonis quæ liber (pro cuius Tex. intellec. uidendus est. Afflic. dec. 180. filiusfa. nu. 3. et Guid. papa .q.54. tempore col.i.) Ad neccessitatem uestimentorum .d.c. siquis ext. de furt. & demũ ad quarũcunq; rerum neccessitatem ut in .§. & hinc nobis. ibi aut qualibet neccessitas in auct. de here. & falci. Quamobrem cõstat in hac diffinitione loco generis rite poni potuisse.

42 Differẽtias † autem constituũt illa uerba, rei ad recte uiuendũ et c. quæ quidem ponuntur ad exclusionem egestatis & mẽdicitatis quæ dicitur quando alicui ad uictũ neccessaria desunt, ut est glo. not. in .l. maritũ. in uer. potest .ff sol. mat. quæ declarans Tex. dicentem uirũ in restitutione dotis in eo quod facere põt condemnari, inquit, deducto scilicet. ne ægeat secundum quod uiuere potest & sic appellatur ibi maritus egenus, si ei desint illa ex quibus uiuere debet, &

facit bonus Tex. in .l. si quis ad declinandam uer. sin autem nullus .C. de epi. & cler. ibi pauperibus uel penitus mendicātibus uel alia ratione egētibus. Et hinc Author ad herenium .iiij. inquit egenus est qui non satis habet et cui nil satis esse pōt. Et hinc Vir. Aeneidos. Vi. & metus & male suada fames, ac turpis egestas. & declarant ibi coment. q egestas dicitur turpis quia macie deturpat faciem et neccessitate sordidū relinquit uictum & uestitum. Et Cicer. parad. Vi. dicebat. Itaq; istam paupertatem tuam uel potius egestatem ac mendicitatem nunq̄ obscure tulisti. Quam obrē dicebat Bal. in Auth. si qua mulier col. iij. uer. secūdo probo .C. de sacros. Eccle. q is qui nil prorsus in bonis habet dicitur in arctissima paupertate cōstitutus, & sic non simpliciter sed plusq̄ pauper est ex quibus omnibus simul iunctis colligitur plus egestatem & mendicitatem q̄ paupertatem esse. Ponuntur etiam ad exclusionem aliarum speciarū neccessitatis, de quibus superius uerba fecimus, ex quibus paupertas nō constituitur, & quæ ad recte uiuendum præcise nō sunt neccessariæ. Præterea &
43 tertio † comprobatur hæc diffinitio quia conuertitur cū suo diffinito, ubi .n. est neccessitas rei ad recte uiuendum pertinentis, ibi est paupertas, arg. nota. per Archi. in .c. si pater. col. ij. de testamen lib. Vi. & ubi non est neccessitas rei ad recte uiuendū pertinentis ibi nō est paupertas. ut in .d.l. quos nos. §. locuples. de uer. sig. concludendū est igitur diffinitionem predictam bonam ac probabilem esse.

44 Cæterum † aduertendum est q̃ cõmunis usus loquẽdi eam differentiam inter paupertatem, egestatem atq; inopiam minime seruat. quinimmo sæpe numero alteram pro altera ponit & eis promiscue utitur ut uideri potest in .l. siquis ad declinandã, Ver. quis .n. pauperior .C. de epi. & cler. & in .l. si creditores in fi ff. de priuil. credit. quam ad hoc notat Alex. in .l. si constante in prin. nu. is .ff. solu. mat. & in .l. si procuratorem .§. si ignorantes .ff. mandati. quam ad hoc allegat Dec. in .c. quæ in ecclesiarũ. nu. 5. ext de consti. & in .c. ex ratione nu. 21. de appel. Quibus addo bonum tex. in .c. i. ante fin. uer. circa tertium articulum. de priuilegijs in extrauagãtibus cõmunibus. & quod not. Arch. in .c. precimus .xij. q. i. & Alex. in Auth. præterea col. ij. .C. unde uir et uxor. et in .l. si uero .§. qui pro rei. nu. 10. ff. qui satis dare cogantur. Ias. in .l. si ab arbitro nu. xi. ff. eodem tit. & fran. Rip. in .l. si
45 constante nu. 26. & seq ff. sol. mat. Et cum † cõmunis usus loquendi præferatur proprietati uerborum. Bar. in .l. labeo .ff. de suppell. lega. in .l. oẽs populi nu. 58. de iust. & iure. in .l. supra iter. in fin. ff. de aqua plu. arcen. & in .l. ij. in fin. de furtis. Etiam in'odicsis Fran. Are. in .l. i. nu. 18. ff. si cer. pet. & Cassad. decis. unica post prin. de cler. non residentibus quantũcunq; contradicat propriæ significationi. ut not. in .l. i. §. lex falcidia. ff. ad .l. falci. & per Soci. in .l. i. nu. 44. ff. si cer. pet. uidelicet cõmunis usus † loquendi latinus præferatur

proprietati

proprietati latinæ (uulgaris) proprietati uulgari secũdum Bal. in .l. lege duodecim Tabu. ante fin. C. de leg. hære. Alex. in .l. qui ante calẽdas col. i. de uerb. oblig. & in cons. xi. col. 7. Vers. non obstat quintum. lib. i. Fely. in rub. ext. de const. in fin. Gomes. in .§. item siquis in fraudem nu. 34. insti. de actio. Dec. in cons. 366. pro declaratione, nu. 8. cum cõcor. per Hiero. Cagno. in .l. si librarius, nu. 14. de reg. iur. nos in discursu huius nostri tractatus capiemus paupertatẽ & utemur hoc uocabulo secundum cõmunem usum loquendi latinum non persistendo in extremitate proprietatis ipsius, ut in simili habetur in .l. librorum .§. quod tñ Cassius: de legatis tertio in .l. sciendũ .§. illud de edil. edic. & in .c. ex literis ext. de sponsali. & per Bar. in .l. i. ff. de suis & legi. cum concor. congestis per Tiraq. de retrac. consangui .§. ij. glo. prima nu. 5.

SECVNDA QVESTIO.

Summaria.

1 Paupertas secundum Theologos triplex est.
2 Qui sint pauperes spiritu.
3 Qui corpore.
4 Et qui corpore & spiritu.
5 Homine paupere nihil fortunatius est.
6 Beatus homo qui super pauperẽ intelligit et egenũ.
7 casus mixtus sub simplicibus continetur.

8 *Plus & minus non inducit ſpecificam differentiam.*
9 *Paupertas duplex neceeſſaria & uoluntaria.*
10 *Paupertas alia animi alia fortunæ culpa cõtingit.*
11 *Caſus fortuiti dicuntur ij quibus hominis prouidentia reparare non poteſt.*
12 *Voluntaria paupertas eſt illa quæ à profitentiũ uoluntate proficiſcitur.*
13 *Paupertas uoluntaria beatiſſima res eſt.*
14 *Pauper Chriſti dicitur qui uoluntarie bona ſua pauperibus condonauit nil aliud præter Chriſtum quærens.*
15 *Paupertas uoluntaria in Clericis non eſt reprobata.*
16 *Omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio.*
17 *Neceſſaria paupertas eſt illa in qua homines naſcuntur uel aduerſa fortuna depreſſi afficiuntur.*
18 *Ea que ex neceeſſitate fiunt præmiũ non merentur.*
19 *Scolaſtici inopes gratis edoceri debent.*
20 *Iuuenes pauperes citius ad ſcientiarum culmen perueniunt.*
21 *Paupertas homines præſtantiores & prudentiores reddit.*
22 *Paupertas eſt una ex clauibus per quã ingredimur ſapientiæ ianuam.*
23 *Fames nunq̃ produxit adulterium neq; pecuniarum inopia luxuriam.*
24 *Paupertas non eſt fugienda ſed iniuſtitia.*
25 *Socrates cum ad philoſophandum pergeret Athenas magnum auri pondus abiecit.*

SEcũdo quero quotuplex ſit paupertas? & reſpõ-

1 dent. Theolo. triplicem † paupertatis speciem esse
2 hinc tres pauperum species reperiri. Quidam †
.n. dicuntur pauperes spiritu qui licet diuitijs & tẽ-
poralibus bonis abundent non tamen confidunt in
eis, nec alia concupiscunt, sed proprijs facultati-
bus contenti Deum laudant à quo ea habere cogno
scunt, de quibus loquitur scriptura sacra. Math. 5.
Beati pauperes spiritu. & Arch. in .c. iam uero.
23.q.6. & istorum septem singulares ueteris testa
menti patres enumerat Verat. ferrar. in enarra.
3 super sermone Domini monte .c.ij. lib.i. Alij † di-
cuntur pauperes corpore tantum, qui temporali-
bus bonis non abundant, ea tamen ualde cupiũt &
affectant, de quibus loquitur Tex. in .l. siquis ad
declinandam .C. de Epi. & cler. & in .l. si procu
ratorẽ .§. si ignorantes .ff. manda. & de his loqui-
tur. Euseb. philos. cum dixit q̃ is qui partis sem-
per adijcere properat acquirendiq; saturitate nulla
capitur & si Mida opulentior fuerit attamen pau-
per est. Et de hac quoq; paupertatis specie loquẽs
Crato philos. inquit, non est paupertate miserior
ullus in uita casus nam ut dicebat Menand. philos.
in geor. facile contemnitur pauper. Quamuis enim
idem Crato, natura (inquit) studiosus & bonus
fueris, si pauper eris, ludibrio habeberis. Itaq; nul
lus (Sophocle teste) homini maior est hostis q̃ ista
paupertas, nã Terren. ait in Adelph. pauptas mihi
onus uisũ est et miserũ et graue. Et Claud. pauptas
me saeua domat dirusq; cupido, Miserũq; plaut. ĩ rud.

& peßimum est istud uerbum habuisse & nihil ha
4 bere. Alij † pauperes corpore & spiritu dicuntur ut ij qui nec bona tēporalia poßident nec ea modo aliquo concupiscūt. quin immo relictis omnibus Christum dominum nostrum & totius seruatorem sequūtur de quibus legimus Math. xix. ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te. etc. & Lucæ .5. & subductis ad terram nauibus & relictis omnibus
5 sequuti sunt eum. Et de isthac † paupertatis specie credendum est Diphilum philos. loquutū fuisse, cum dixit, homine paupere nihil fortunatius esse. Et Menand. in Leucad. Pauperes semper existimauit ad Deos pertinere, nam inquit Psalm. 9. tibi relictus est pauper & .19. non erit obliuio pauperis in fine, quia (ut ait Esaias .25.) fortitudo eius factus est
6 dominus qui exaudiet eum. Et ideo † beatus dicitur homo (inquit Psalm. 40.) qui intelligit super pauperem & egenum quoniā in die mala dominus
7 liberabit eum. Cæterum † quia in terminis casus mixtus sub simplicibus contineri potest & tertiam speciem non facere, iuxta nota. in .l. si ita scriptum .ff. de lib. & po. in .l. ueteris .C. de contrahen. stipu in .l. cum seruus. de condi. et demo. glo. & doc. in .§.i. & in .§. quedam Inst. de actio. Ias. in .l. Titiæ textores in .5. not. de leg. primo. glo. et
8 doc. ordinarie in .l.2. in prin. de uer. oblig. Et † quia plus & minus tertiam speciem non constituūt, ex sententia Bar. in .l. fin. per illum tex .ff. de fun.
9 instruc. Idcirco † nos breuiter concludamus duas

tãtum paupertatis ſpecies eſſe, aliamq; uoluntariã,
alteramq; neceſſariam uocemus. Idq; ex mente Di
ui Thomæ ſecunda ſecundæ .q. 186. arti. 3. fuiſſe
10 uidetur. Quod † nec Phauor. Philos. inficiatus eſt
eum dixit, paupertatem aliam animi, aliã fortunæ
culpa cõtingere, quaſi uoluerit paupertatem animi
Voluntariam dici, ex eo quia ab animo uoluntas
oriri ſoleat. Et paupertatem fortunæ neceſſariã eſſe
quia inuiti fortunæ cedere tenemur. iuxta illud Ouid.
de Tri. Nempe dat & qđcunq; libet fortuna ra-
11 pitq;. Quãobrem † fortuitos caſus dicere ſolemus
eos quibus hominis prouidentia reparare non poteſt
.l. ij. §. ſi eo tempore ff. de admin. rerum ad ciui.
pertinen. à quibus plerunq; mortales excuſantur .l.
quæ fortuitis .C. de pignora. actio. & .l. & ita .§.
at hoc .ff. nautæ caupo. ſtabu. cũ concordan. Volũ
12 taria † igitur eſt illa quæ ab ipſorum profitentium
uoluntate proficiſcitur ut uideri poteſt in his qui re
gulam ordinis minorum amplectuntur paupertatẽ
uouentes obſeruantiamq; regulæ pollicentes, de qui
bus in .c. iij. de regula. in VI. & in .c. i. §. i. de relig.
domibus in VI. & in clem. .i. de regula. & in clem.
exiui de uerb. ſig. & in .c. ad conditorem, in prin.
eo. tit. in extrauag. Ioan. xxij. et habetur per Bar.
in .l. is poteſt in .i. col. ff. de acq. hæred. & in trac
minori. per totum, et per Abb. in conſ. 32. caſus cõ
13 tingentia. col. i. par. i. De hac † paupertatis ſpecie
loquens Euangelicus Tex. Math. V. ait, beati pau-
peres ſpiritu .i. uolũtate. Hanc beatiſſimã appellat.

Io. Fab. in .§.i. inst. qui. cau. man. non li. illeq; di
citur beatus qui sua est paupertate cōtentus. Card.
Alex. in .c. quæ sunt .45. disti. nam qui paucis cō
tentatur facit paupertatem. (Democri. philos. te=
ste) diuitijs æquipollere: omnia .n. habere dicitur
qui nihil concupiscit. Vale. Max. lib.iiij.c.iiij. Et
14 † uere pauper Christi dicitur qui uolūtarie et pau
pertatis amore bona sua uoluit pauperibus distribue
re, & ut pauper uiueret in numerum pauperū ag
gregari, nil aliud præter Christum quærens .c. sa=
15 cerdos.i.q.ij. & .c. clericis. xij.q ij. Et ista † in cle
ricis non est reprobata: secundum Abb. in .c. tuis
ext. de præben. & Calder. late in cons. unico. de
uita & hone. cler. Quoniā Dominus Saluator no=
ster eam fuit amplexus, ut Zacc.ix. legitur, exul
ta filia syon ecce rex tuus uenit tibi iustus & salua
tor ipse pauper. & psalm.87. pauper sum ego et
in laboribus à iuuentute mea, & Apost.ij. Corint.
viij. propter nos factus est egenus cum diues esset,
ut illius inopia diuites efficeremur, Et hinc dicit Do
minus Math. 16. qui uult uenire post me abne=
get semetipsum.: nam inquit Luc. xiiij. qui non re
nunciat omnibus quæ possidet non potest Christi di=
scipulus esse, ignominiosum est .n. Iesum Crucifixū
pauperem & exurientem, fartis predicare corpo
16 ribus .c. ecclesiæ 35. distin. Cum † autē omnis Chri
sti actio nostra sit instructio .c. exemplum .xij.q.ij.
sicut ipse paupertatem amauit, ita & nos sequi de
bemus ut in .c. clericus in fi. xij.q.i. et in proe. decis.

tradit affli. col.i. Bonũ est .n. facultates cum dispen
sationc pauperibus erogare, melius est pro inten=
tione sequẽdi dominũ insimul donare, & absolutũ
in solitudine egere cũ Christo. secundũ Diuũ Hiero.
in lib. de ecclesia. dogma. & san. Tho. ubi supra.
17 Neccessaria † uero paupertas est illa in qua homines
nascuntur uel aduersa fortuna depressi afficiuntur,
quæ iure poli non est meritoria. secundum glos. in
.c. si enim. in Ver. neccessitas. de pœniten. distin.
18 ij. quia ea quæ † ex neccessitate fiunt, præmiũ nõ
merentur, inquit Bal. in .l.ij. in prin.C. de op. li=
bert. Iure tñ fori, fauorabilis est & multis repe=
ritur priuilegijs decorata: ut per glos. in .c.i. in uer.
paupertati. de sen. excõmu. in extrauag. Ioan. xxij.
19 & ex dicendis clarius apparebit. Et de hac † lo=
quitur Tex. in .c.i. ext. de magi. ubi scolastici ino
pes & qui parentũ opibus iuuari non possunt, gra
tis edoceri debẽt, ut etiam dicit glos. not. in .c. sta
tutũ .§. insuper. in uerbo pauperes. de rescrip. in
20 Vi. Credendum † est siquidem huiuscemodi paupe
res iuuenes citius et aptius ad scientiarũ culmen per
21 uenturos esse quandoquidẽ † paupertas (Anaximẽ.
philos. teste) grauis est sapiẽdi magistra, & homi=
nes in artibus præstãtiores, et in rebus ad uitã perti
nẽtibus prudẽtiores reddit, et in paupere terra me
lior plantatur uinea ut Albert. mag. de uirtu. poli
ticis inquit & dulciora uina redduntur. Et apud
Cato. legitur, despice diuitias si uis animo esse beatus.
quod nimium est fugito, paruo gaudere memento.

Et apud Diogenē Cyni. paupertatem esse ad philosō phandum idoneam & uirtutem per se doctam, ut etiam refert Cagn. in .l.ij. Ver. fin. in Vi. not.nu.
22 588 .ff. de ori. iu. Et Hinc † dicebat Ioan. Bap. seuer. de modo studen. in iiij. documen. paupertatem esse unam ex clauibus, per quam ingredimur sapientiæ Ianuam, Cardi. in proe. clemen. Hinc
23 Plutar. † contra diuitias, ait, fames nunq̄ produxit adulterium, neq; pecuniarū inopia, luxuriam, Hinc Diogenes, cum improbus quidam paupertatē ei exprobraret, dixit, propter paupertatem nullū se unquam torqueri uidisse, neminemq; tyrānidem
24 gerere, sicut & Hypseus quoq; † Philos. qui inquit, ne fugias paupertatem sed iniustitiam, nullus enim eo q̄ pauper esset mortem obijt, sed quod iniustus: neq; uitam laudabilem, quatenus diues esset, sed quatenus iustus degit. Quamobrem dicebat Sene. si uis discere, sis pauper, uel similis pauperi.
25 Socrates .n. † Thebanus ditiss. (inquit diuus Hyero. in epistola ad Paulinum) cum ad philosophandum pergeret Athenas, magnum auri pondus abijecit, neq; .n putauit se posse uirtutes et diuitias simul possidere. ut refert Tex. in .c. gloria Episcopi. Ver. Socrates. 12.q.2. quæ oīa pulcra sunt et notabilia.

TERTIA QVESTIO.

Summaria.

1 Origo rei spectanda est.

2 Questio debet esse de dubitabili casu.
3 An iure naturali paupertas emanauerit uel iure gẽtium sit introducta nu. 10.
4 Paupertas animalibus rationabilibus & irrationabilibus est communis.
5 Qualitas naturalis præsumitur, accidentalis non.
6 Paupertas præsumitur.
7 Inducta à Deo de iure naturali esse dicuntur.
8 Paupertas à Deo fuit inducta & quando.
10 An iure naturali omnia essent communia Et id quomodo procedat nu. 14. 18. & 20.
11 Dominia iure gentium fuerunt distincta nu. 39.
13 Argumentum à partibus enumeratis ualet.
16 A proprietate uerborum non est recedendum.
18 Intellec. princip. Viij. distin.
21 Cõmunio non considerabatur tempore status naturæ bene institutæ ante corruptionem.
22 Magister gratianus non habuit facultatem condendi iura.
23 Liber decreti an & in quibus fuerit approbatus & receptus.
25 Iure naturali quomodo omnia erant communia & quomodo paupertas reperiri potuisset.
26 Ius gentium formam dedit rerum acquisitioni.
27 Donatio cum incipit à traditione est de iure natu:
28 Qui uult consequens uult etiã necessariũ antecedẽs.
29 Intellec. nouus .l. ex hoc iure de iust. & iu.
30 Ius gent. paupertati formam dedisse uidetur.
31 Paupertas cũ genitiuis fere oĩum rerũ adiecta fuit.

32 Forma est quæ dat esse rei.
33 Forma est de substantia rei.
34 Forma præcise debet impleri alias actus est nullus, etiam in fauorabilibus.
37 Peruersio formæ uitiat actum.
38 Forma alia substantialis, cuius in obseruantia facit corruere actum. Alia accidentalis ex cuius omissione non uitiatur actus.
41 Intellec.l. ius ciuile .ff. de iust. & iur.
42 An omne id quo gentes utuntur sit ius gen.
43 Eadem res diuersis respectibus diuerso iure cēsetur.
44 Denominatio à potentiori, & digniori faciēda est.

TErtio quæro quo iure pauptas fuerit introdu-
1 cta nam etiā † origo cuiusq; rei potissimū est spe
ctanda .l.i.ff. de orig. iur. glos. in .l.ij.ff. de poss.
hære. pe. & no. in .l.i.ff. de contra. emp. & in.§.
& non ineleganter. inst. de iure na. Primo igi-
2 tur uidetur dicendū ut † questio sit dubitabilis iuxt.
not. in .l. domitius .ff. de testa. & in .l. quod la-
3 beo de car. edic. q; † à iure nat. emanauerit nam ea
quæ homines habent cum brutis et irrationabilibus
communia iuris naturalis esse dicuntur .l.i.§. ius na
turale..de iust. & iu. & inst. de iu. nat. in prin.
sed paupertas est huiusmodi ergo etc. Probatur mi
4 nor † quia non tantum hominum paupertas dicitur
iuxta illud Caton. Infantem nudum cum te natura
creauit, & Plini. de natu. histo. lib. ix. c. 33. ubi

inquit, q̃ nos natura rerum nudos excipit. Vnde dicebat Aret. in cons. 66. uiso. pũcto. col.x. qualitatem diuitiarum repugnantem esse naturæ quia nemo naturaliter nascitur diues, sed quilibet nudus & pauper ut in .c. sicut. Ver. sed ait. 47. dist. Verum etiam quarumcunq; rerum ut apud Virg. eglo. Vi. Custos pauperis horti. Apud Quintil. x.c.5. neq; adeo ieiunam ac pauperem, natura eloquentiam fecit, ut una de re bene nisi semel dici non possit. Apud Ouid. ij. de ponto. eleg. .5. manat ingenium paupere uena, & lib. iiij. eleg. ij. fluit carmen pauperiore uenã. & Apud Stati. i. Theb. lis est de paupere regno. Et legitur Apud Columell. lib. xij. Cap. ij. paupertatem ex ueteri prouerbio certißimam esse, cum alterius indigeas, uti eo non posse, quia ignoratur ubi proiectum iaceat, quod desideratur: quæ quidẽ uerba conueniunt omnibus rebus quæ alicuius rei possunt indigere.

5 Secundo facit † quia qualitas naturalis, ueluti intrinseca præsumitur à iure .l. sciendum. de Ver. obli. .l. lecta. ff. si cer. pet. & per glo. in .l. iiij. ff. de proba. Accidentalis uero, tanq̃ extrinseca, præsumi non consueuit .l. quæcunq; .§. fin. ff. de publicia. ita tradit Bal. in .c. fin. nu. 5. ext. de præsump. Card. Alex. in .d.c. sicut in .i. col. Fely. in .c. ad aures nu. iiij. de rescrip. & Andre. Tiraq. de retrac. consang. §. xxxij. glo. Vni. nu. xciiij.

6 sed sic est † q̃ paupertas præsumitur et non diuitiæ

ut in.l. ex persona ubi Alber. not.C. de proba. ergo paupertas est qualitas naturalis, & ipsius naturalis iuris creatura.

7 Tertio † & ultimo facit, quia ea dicuntur iure naturali inuenta, quæ ab ipsa natura fuerũt inducta. idest ab ipso Deo Opt. Max. qui est natura naturans secundũ glos. in.l. respiciendum.ff. si cer. pe. et in.§. pen. Insti. de uer. obli. Ab initio mũdi glos. in.l.i.§. ius natu. Ver. natura.secundũ primam de-

8 clarationem. de iust. & iu. Sed paupertas † ab ipso summo rerum conditore Deo Opt. Max. fuit inducta, ut Eccles. xi. & refert Archid. in.c. erit autem lex.nu. iij. distin.iiij. & facit bonus tex. in præalleg.c. sicut. in Ver. nunqd. ubi dicitur, quod non propterea de iniquitate redarguendus est Deus quia nõ æqualiter uitæ subsidia distribuit et te affluẽtem & abundantẽ, aliosq; egenos efficit, quia tibi uoluit experimenta benignitatis suæ conferre, & alios per uirtutem patientiæ coronare. Et sic Deus est qui pauperem facit & ditat, ut in.c.ij. lib. re

9 gum.i. habetur. Et induxit † Deus paupertatem hominibus, cum dixit, in sudore uultus tui uesceris pane tuo. ut genes.c.iij. & cõprobauit.c.Viij. dum alloquutus est Noe, dicens, non igitur percutiam animam uiuentem sicut feci, cũctis diebus terræ sementis et meßis, frigus et estas, nox & dies, non requiescent. Quamobrem dici posse uidetur, paupertatem iure natu. inductam fuisse.

10 At † è conuerso q; immo iure gent. fuerit introdu-

cta, ex pluribus demonstratur. & primo quia de iure natu. omnia erãt cõmunia, ut in .c. ius natura. .i. dist. & Viij. dist. in prin. & per Calde. in cons. iiij. de consli. ergo paupertas tunc erat incognita.
11 Secundo † quia iure gen. rerum dominia inter homines fuerunt diuisa simul atq; distincta .l. ex hoc iure de iust. & iu. & .l.i. in prin. ff. de acq. rer. domi. quo factũ est ut ille maiorẽ, iste minorem cõ sequutus fuerit portionem hinc ille diues, iste pauper euasit .c. dilectißimis. in prin. xij.q.i. eo .n. iure quicquid occupabat pes tuus, tuum erat, ut in .c. ius gentium. in prin. ubi etiam Card.i. dist. et not. in .l.i. in prin. de acq. poß. & per moder. in Inst. de iure natu. in prin. et Affl. decis. 299. Rex. Ferdinandus. nu. ix. & pulchre Maran. de ordi. iudi. in .iij. parte prin. nu. Vij. ergo paupertas isto
12 iure gen. fuit inducta. Tertio quia † ea dicuntur iuris gen. esse, quibus humanæ gentes utuntur .l.i. in fi. de iust. & iure, & .§. ius autem gen. in prin. inst. de iu. natu. sed omnes gentes utuntur paupertate iuxta illud Iob proph. in .c.i. in fin. Nudus egressus sum ex utero matris meæ & nudus reuertar illuc. & in .c.i. dist. Viij. pauperes & diuites una terra supportat, et hodie unũ, cras aliũ pauperem esse uidemus. ut experiẽtia rerum magistra demonstrat ut in auct. de appella. in prin. & in .c. quam sit. de elec. in Vi. & not. Aret. in .§. pen. Insti. de satisda. merito. et c.
13 Quarto † quia ualet argumen. à partibus sufficiẽter

34 .l. leuia. in ulti. col.ff. de accusa. Dicimur † aũt esse in causis ciuilibus qñ pœna in eo actu contrafaciẽti apposita applicatur alteri obseruãti. quod est quãdo ad priuatum cõmodum principaliter agitur, in cri minalibus uero dicimur esse, cum principaliter ex delicto agitur ad publicum commodum, quo casu pœna applicatur Fisco. ita declarat glos. cõmuniter appbata. in .l.3.ff. de sepul. uio. Bar. in .l.3. de ter. moto. in .l. licitatio .§. quod illicite. de publica. & in .l. si qua per calũniam .C. de epi. & cler. Alex. in .l. uiro.ff. solu. mat. Ias. & Mod. in insti. de actio. in prin. Glo. in .c. ex parte .2. ext. de testi. cano. communiter in rub. ext. de iudi. Corn. lib.3. cons. 19. uidetur. col. 2 Rota decis. 19. de iudi. in antiq. et pro cõmuni Maran. de ordi. iudi.4. par. in prima
35 distin. in prin. Cum autem † essemus in casu in quo

non esset adiectum cuinam pœna esset applicanda tunc Fisco in dubio applicari deberet. Spe. in ti. de accu.§.i. uers. sed quid si primo. Bar. in .d.l.3.de ter. mo. mod. Perus. in .d.l. uiro. & Gomes. in inst. de actio in prin. nu. 20. Quod sane debet intelligi quando pœna ex delicto debetur .l. mulctã.C. de modo mulcta. nam si ex contractu esset præstanda, applicaretur parti aduersæ obseruanti ut in .l. siquis maior. ubi not. Bal.C. de transac. Idem si ex ultima uoluntate. Bar. in .l. uxori.§. hæres. de leg.
36 3. & in .l. paterfa. in fi. de hære. insti. Cæterũ † de iure cano. pœna in dubio applicabitur Iudici, qui in pauperes & pios usus eam cõuertere debet .c. cũ sit. in fi. ext. de Iudeis. Abb. in .c. licet. circa fi. ext. de pœnis. Dec. in auth. siqua mulier. nu. 14. .C. de secun. nup. & in rub. ext. de iudi. in.2. lect. in fi. Corn. lib. 19. uidetur prima fronte. col. pe. Dida. (qui plures ad id quotas allegat) lib. 2. uariarũ resolu.c. 9. uers. quartum nu. 9.
37 Secũdo † declaratur prædicta cõclusio ut procedat quãdo agitur de aliqua mulcta pecuniaria extraordinaria a Iudice imponenda, quoniam tunc paupertas fauorabilis est, & fas est Iudici ex causa paupertatis huiusmodi mulctam minuere, uel totaliter remittere, ut in .l. illicitas.§. fi. ubi etiam not. Bar. de offi. præsi. Bal. in .l. fi.C. de modo mulcta. Ias. in .l. siquis id quod. de iurisd. om. Iud. Et Boer. q. 349. & primo. nu.3. quãobrem dicebat Bar. in l. uni. in fi. prin. quem sequitur Ias. ff. siquis Ius di.
non obtem.

non obtem. q. potest Iudex ex officio mulctã ibi im positã ex causa paupertatis minorare, cum sit extraordinaria & ratione inobedietiæ imposita. ar. d. .l. illicitas. §. fi. & .l. eos. C. de modo mulcta. Solet .n. quandoq; ipsi quoq; legislatores ob paupertatẽ minores pœnas imponere, ut in .§. pœna aũt insti. de iniur. et in .§. conceptum. uers. pœna cum glos.

38 *insti. de oblig. quæ ex delic.* Et *quãuis* † *pauper cui propter inopiam à lege uel à iudice facta fuit ea minoratio, uel remißio, tractu tẽporis ad pinguiorẽ fortunam peruenerit, nõ tenetur propterea mulctã remissam, in totum uel in partẽ luere secundũ glo. &* Bal. *in .d. l. illicitas.* Guil. et Bal. *in .l. fi. de in ius uoc.* Roma. *sing. 24. quod non ualens. &* Boer. *d. q. 349. nu. 4. quia quod semel placuit, postea displicere non debet. c. quod semel. reg. iu. in .6.* Nemo *.n. contra se ipsum meret audiri .l. quod generaliter. C. de non nu. pe. l. sicut. C. de actio. & obli. et .l. ubi repugnãtia. de reg. iu. et per* Mars. *not. 161. emologatio.* Et *argumentũ à causa cessante locum non habet ubi actus est cõsumatus.* Bar. *in .l. fi. §. fi. in fi. ff. de dona.* Alcia. *lib. i. de uer. signi. quãq; secus dicẽdum sit in eo cui per beneficium ceßionis bonorum fuit indultum. ut in .l. ubi. C. de iure dot. & in .l. qui bonis. ff. de ceff. bono. & in .§. fi. inst.*

39 *de actio.* Cæterum *si pœna pecuniaria* † *esset ordinaria inops prætextu paupertatis non excusabitur, sed augebitur pœna, et cõmutatio fiet ei à Iudice in corporali .l. i. in fi. ff. de pœn. l. fin. ff. de in ius uo.*

glo. in .c.i. in fi. prin. in uer. uerberibus. de pace te nen. in usl. feu. Bar. in .d.l. illicitas. in fi. Ias. in .d.l. Si quis id quod. nu. 28. & ita procedunt ea quae superius in hac eadem .q. nu. 3. fuerũt adducta. Dif-
40 ferentiam † aũt inter poenam et mulctã, ponit tex. in .l. aliud .§.i. ff. de uer. signi. Bar. in .l. Iudex postea q̃ ubi clarius Alex. & Mod. ff. de re iudi. glo. & Bal. in .l. certa ratione .C. qñ prouo. non est necess. Paul. Cast. in .l.ij. §. bis datur. nu. 4. ff. de iudi. Et quae nam ordinaria poena dicatur. Bar. in .l. si qs una ff. de priua. delic. et in .l. hodie .ff. d poen. Boer.
41 .q. 254. & praesupono. nu. 6 ℂ Limitatur aũt † supra firmata cõclusio ut nõ procedat qñ tractamus de honoribus dignitatibusq; adipiscẽdis, quoniã tũc diuites caeteris paribus praeferũtur pauperibus et diuitiae pauptati, ut in .l. honores. in prin. ff. de decu. et in .l. ad subeũda .C. eo. lib. 10. p quẽ tex. ita dicit Bar. in .d l. illicitas. in fi. et Car. Alex. in .c. haec scripsimus 30. disti. et ẽ glo. nota. in .c. nullus. il 2.4.q.4. et p Socin. in .l.i. nu. 60. ff. so. ma. & hoc respectu diues dicitur honesti loci, Paup, mediocris, ciuis .l.i. cum glo. C. d deserto. lib. 10. Itẽ diues preciosioribus cibis frui paup uilioribus .c. nõ cogãtur .41. distin. Boer.
42 trac. de auto. magni cõci. nu. 30. Et hinc est † q. si legatũ uel donatio fieret honoris gratia diues ueluti dignior praeferretur pauperi ut in .l si seruus pluriũ .§. fin. de leg. i. per quẽ tex. ita dicit Io. Fab. in instit. Quibus ex cau. manu. non licet in prin. Sed si fieret pietatis intuitu potior esset conditio paupẽ

ris, ut in .l. si quis ad declinandam .§. pe.C. de epi.
43 & cle. Et hinc est † etiā q ideo ecclesiasticæ dignita
tes potius diuitibus q̄ pauperibus tribuūtur quia ob
paupertatē uilescere dicūtur. ut in cle. plerisq;. de
electio. clericis .n. mēdicare nō licet. Abb. in .c. ad
supplicationē. de renūcia. Et Pauperes non debēt di
gnitates habere dixit Oldra. in .l. rescripto .§.i. de
mune. et ho. quinimo dicebat Corn. lib. 2. cōs. 224.
nō sequendo. col. 3. q interē reipub. regi per dignio
res & ditiores, & non per pauperes. ut in auc. de
defens. ciui. in prin. et in auct. ut omnes obedi. iudi.
in prin. & diuitiæ instrumētaliter ad felicitatē uitæ
actiuæ in operationibus exterioribus consistentis co
adiuuare dicūtur. secundū philos. x. Ethi. & refert
S. Tho. secunda secundæ .q. 186. arti. 3. Et ita pro-
cedant partim ea quæ supra pro prima sentētia di
ximus, cum præsertim de testibus loquuti fuimus.
44 nu. 5. Quoniam † ea ratione in dicēdo testimonio
Viri diuites pauperibus præferūtur & cæteris pa-
ribus, diuitibus maior fides adhibetur. Soci. reg.
288. in 3. limita. quia tunc de honore agimus, cum
is honoratior sit cui magis fides adhibetur. Et cu
ius dicitur præualere testimoniū. ar. l. testium. C. de
testi. & .§. hinc nobis. in auct. de hære. & falci.
& in .§. sancimus. cum glos. in auct. de testi. & in
.§. fin. insti. de suspect. tutor. Quamobrem di-
cebat Menand. Philosoph. in Georg. Pauper si
iustam causam dixerit, aliquid accipiendi gratia
dumtaxat dixisse existimatur non pro ueritate.

Ideoq; hanc causam arbitrio Iudicis reponit tex. in .l.3.ff. de testi. nam si pauper est persona honesta; eius fides paupertate nō minuitur Alex. in cons.65. nu.2. lib.1. & in cons.237. col.1. lib.6. quia potius relligio q̄ paupertas attenditur in teste paupere .c. fin.16.q.1. glos. in .c. quiescamus.42. distin. & in .l. nec ei in fi ff. de adoptio. Et magis authoritas & dignitas q̄ numerus, & aliæ quædam qualitates attenduntur in testibus. ut in .c. super hoc. cum glo. fi. ext. de renuncia. & in .c. in nostra. de testa. & ita tenent doc. in .l. si constante. ubi in specie Fran. Rip. nu.34. ff so. ma. Abb. & Fely. in .c. siquis testium. ext. de testi. Quæ quidē omnia depositionis tempore considerantur .l.3.§. duæ. de Carb. edic. Bar. in .l.1.§. si seruus ff. de questio. in .l. ad testium .§. conditionem. ff. de testam. Aret. in .c. post cessionem. ext. de testa. Abb. in .c. literis ext. eod. et Dec. in cons. 163. in causa matrimoniali, nu. 11. Præterea
45 † pauper à dicendo testimonio non repellitur. glos. in .d.c. siqui testiū. ubi Fely. not. & in .c. si testes.§. Item testium. in glo. in uer. locuples. 4.q.3. & not. flor. in.d.l.3. ff. de testi. & supra diximus, quoniam paupertas non est de genere malorum .c. illa. in fin. 45.q.i. Fran. Aret. in cons. 13. col.10. uers. expræ dictis. & Cassad. decis. 11. de rescrip. nu. 2.
46 Secundo † limitatur prædicta regula ut non procedat quādo aliquis ob demerita sua factus est pauper, ut est casus not. in .l pe. ff. de iu. do. quem tex. singularem ad hoc dicit Pau. Cast. in .l. etiam .§. fi. ff.

so. ma. post. Bal. *in .c. quæ in ecclesiarũ. nu.* 18. *de consti. & facit bonus tex. in .l.fin.§. fi. ff. quæ in frau. cre. et in .d.l. etiam .§. licet. et glos. in .§. agno scant in auct. de fideiuss. & in .c. non satis. in uers. debitum.* 86. *distin. & quod not.* Alex. *in .l. nõ tan tum. in prin. col. pen. & ibi* Ias. *in fi. de re iudi. et* Amanel. *not.* 215. *nota quod debitor. & ita tenet* Ias. *in auth. res quæ. nu.* 22.C. *cõmunia deleg.* Fely. & Mod. *in .d.c. quæ in ecclesiarũ. cum concor. per* Tiraq. *in repet.l. si unq̃. in uer. bona. nu.*5.C. *de re*
47 *uo. do.* Et *ratio est* † *in prõptu quia delinquẽs per dere debet beneficium sibi à lege concessum .l. si ex parte.§. quamq̃ .ff. quod cum eo. & .l. relegatorum in fi. de interdic. nec ex dolo suo cõmodum aliquod sentire .l. itaq; .ff. de furt. glo. in .l. siue. de nego.ge. & in .c. officij. ext. de testa. & in .c. tuas. de usur. et per* Bal. *in .l. si tibi. in not. casu.*C. *de dona. an. nup. &* Fely. *in .c. in nostra , 37. corrolla. in fi. ext. de rescrip. &* Fran. Rip. *de peste. rub. de priuileg. cõ trac. causa pestis. col. fi. nu.* 203. Quinimo *dignũ est* ꝙ *male meriti egestate laborent .l. bona fides. .ff. deposi.l. quisquis. ad .l.* Iul. *maie. & per* Fran.
48 Rip. *in .l.i. col. pe.ff. si cer. pe.* Quæ *omnia* † *intel ligi sane debent quando demerita illa fuerunt ad ca sum paupertatis ordinata & præmeditata nam alias nõ ita essent consideranda ar.l.*2.§. *si nõ propter. et ibi* Bar. *ff. si quis cautio. glos. & ibi domini. in .c. statutum.§. cum uero. de rescrip. in 6.* Fely. *in .c. si qui testium. in fi. de testi.* Alex. *in .l. quãuis. col. 2*

.ff. sol. ma. et p Corn. lib.1. cōs. 108. uidetur. col. pē; Nā inquit Appollodo: philos. ad Lycū, Paupertas se eūdū naturā nō ē turpis, illa uero quæ propter turpē causā accidit, infamiā inurit, ideoq; ex ꝓpria culpa paup iuuari nō meretur. l. 2. et 3. C. si minor se maio. dixe. et .c. cū olim. in fi. de offi. dele. et .c. sedes. de re scrip. et .c. 2. in fi. de cogna. spiri. et .c. ad nostrā. de ēpt. et uēd et qđ not. Alex in .l. marcellus. §. res quæ col. .i. ff ad trebell. Hinc legitur apud Ant. Panor. in eius appophtegmatis, q̄ cū eques quidā ingēs patrimoniū per luxū ac libidinē absorbuisset, atq; insuper magnā æris alieni uim contraxisset quibusdā pro eo apud Alphōs. Aragoniæ regē intercedētibus ne saltē quæ debebat, corpore luere cogeretur, utq; ei subueniret, Rex ipse respōdit, si tantū pecuniæ uel in sui regis obsequiū, uel patriæ cōmodis, uel ꝓpinquis subleuādis īpedisset, audirē utiq;, nūc quoniā tātas opes, corpori īpēdit, par est ut corpore luat. ut bene refert
49 Dyda. lib. ua. resolu. 2. c. 16. nu. 5. Sublimitatur tñ † ista limitatio ut nō procedat quo ad alimēta paupibus in paupertatē culpa ꝓpria lapsis præstanda, q̄nquidē isto casu quōcunq; pauptas euenerit, huiuscemō paupibus, ne fame pereāt, subuenire debemus .c. nō satis in fi & .c. pasce. 86 distin. per quæ quidē iura ita dicit glo. in .c. sacrorū. 12. q. 2. & clarius glo. fi. in .c. pastoralis. §. uerū. ubi Dec. nu. 19. testatur eam in hoc esse cōmuniter receptā. ext. de appella. Et
50 hinc est † q̄ eleemosina pro corporis nutrimēto omnibus petētibus est largiēda, non habito, aliquo pa-

ẽto discrimine an bonus an merens nec ne petitor sit, dũmodo neceſſe habeat .c. q̃ pro. ubi ẽt not. glo. prima .q. 2. & in .c. quieſcamus. ubi latius glo. 42. diſtin. & per glo. in .c. quoniã .11.q.3. crudelius eſt enim fame q̃ bello, uel peſte perire, inquit Dec. in cons. 555. licet. nu. 12. Tertio limitatur † ſuprafirmata concluſio, ut non procedat qñ ageretur de aliqua pœna corporali imponenda, quia tunc non ſaueremus pauptati ſed ob paupertatẽ augeremus pœnã, ut expreſsim dixit Bar. in .d l. illicitas. in fi. de offi. preſ. p tex. in .l. pedius. de incen. rui. & nau. & in .l. nemo. in fi. C. de sũma tri. inquibus iuribus imponitur pœna ſecũdũ qualitatẽ et cõditionẽ perſonarũ et uilioribus augẽtur pœnæ, quæ diminuũtur maioribus. Et hac de cauſa, Mala, et moleſta, et fugienda pauptas dici põt. nã inqt Timocle. philo. q. ipſa multos ſæpe cogit ut quædã ſe indigna præter naturã cõmittãt. Et hãc eãdẽ limita. et theorricã poſt Dy. et Oldra. tenet Bar. in .l. quædã. ff. de pœn. Et hic uidmus

52 q. in ſeruis † delinquẽtibus sẽper aggrauãtur pœnæ .l. .1. §. fi. et .l. qcũq;. ff. ad .l. Cor. de fal. et in .§. itẽ lex cornelia d ſalſis iſtrumẽtis. iſti. d publi. iud. Afflic. dec. 21. dubitabatur. nu. 8. et i alijs uilioribus pſonis, Grã.

53 i not. caſu dec. 22. de præsẽti. p to. Et i alijs † nobilioribus minorãtur. glo. in .c. fi. in uer. nobilitati. ext. de pœnis. Luc. de pẽnq. in .l. 2. C. d deſerto. lib. 12. Tho. Grã. decis. 23. dum fuiſſet. nu. 9. Hinc Cic. lib. rethor. 2. dũ docet de deprecatione, inquit, et hæc ignoſcẽdi ratio quæreretur ex his locis ſi plura aut maiora

officia q̃ maleficia uidebũtur constare, siqua uirtus, aut nobilitas erit in eo qui supplicabit, Et dicebat Idem Luc. in .l. mulieres in .2. priuilegio .C. de digni. lib. 12. q in pœnis corporalibus mitius puniẽdi sunt nobiles q̃ populares, ut in .l. eiusdem .§. pen. ff. de adulte. & in .l. aut damnum .§. in ministerium. cũ glo. ff. de pœnis. Idem Gram. dec. 32. nobilis Cæsar col. i. ubi etiam inquit q nulla pæna ignominiosa imponitur nobili, ut cõsuluit Raph. Fulg. in cons. 167. supposito statuto. col. 3. quod refert Afflic. in cõsti. illa regni. quicunq; toxicum &c.

54 Sed ego † puto animaduertendũ esse, quia prædicta decis. nõ probãt nec inferunt ad limitationem Bar. nisi eatenus quatenus pauper esset ex genere suo popularis & uilis, quia propter paupertatem solam nemo efficitur uilior, dummodo sit bonis & probatis moribus decoratus .l. humilem. et ibi Bal. in uer. nota q pauper .C. de ince. nup. glo. in .c. legimus. in uer. paupertati. 93. distin. Alex. in cons. 209. nu. 3. lib. 6. & Dec. in .l. siquis id quod. nu. 25. de iurisd. om. iud. Paupertas .n. non redarguit in homine uitium, dicit Aret. in .§. fi. per illum tex. insti. de suspec. tuto. at paupertas iuncta cum delicto bene debet puniri, secundũ Bal. in .l. fi. §. at si præfatam. nu. 3. in fi. C. de iu. deli. Quamobrem in paupere nobili non credo q ratione paupertatis pœna

55 corporalis sit augenda. Cum afflictio † afflicto addi non debeat .l. diuus. de offi. præsi. et in .c. ad audiẽtiam. ext. de cleri. non resi. Et ob paupertatẽ q̃nq;

pœnæ minorari soleant. §. pœna. insti. de iniur. cum concor. Ad quod quidem facit quod de Demostene ad Alexandrũ dicitur Nõ habes, inquit, Rex uel fortuna tua maius q̃ut possis, uel natura tua melius q̃ ut uelis seruare plurimos, nulla enim de uirtutibus generosior misericordia uel admirabilior clementia, nec per aliud deo propior accedere potes q̃ ut salutem conferas hominibus uel dando si egerint, uel parcendo si deliquerint, uel indulgendo si supplicauerint, ut refert Cassane. tract. gloriæ mũdi. in .5. par. in .6. consideratione. circa fi. & post
56 modũ Gram. d. dec. 23. nu. 16. Vtilitas aũt † huius .q. est maxima, quia concludendo paupertatẽ fauorabilem esse, in omnibus legibus, decisionibus, casibus, & autoritatibus circa pertinentia ad fauores pauperum loquentibus ampla & benignior erit interpretatio facienda, quia in toto iure fauores conuenit ampliari .c. odia. de reg. iur. in .6. & .c. licet in .2. respon. de priuileg. lib. 6. & per Mars. nota.
57 294. & 453. utrumq; incipi. odia. Et hinc † not. dicebat Cassa. decis. 11. nu. 3. de rescrip. q; licet paupertas in quibusdam casibus in iure noceat attamẽ extra eos casus aiure expressos non est extensio facienda, cum alias lex fidem personarum magis q̃ facultates inspiciat. ut in .§. fi. inst. de suspec. tuto. et in .c. fin. 16. q. i. & odia sint regulariter restringenda. d. c. odia. & .l. cum quidam. de lib. & po. cum simi.

Summaria.

1 *Veritas hinc inde exagitata magis elucescit & mater iustitiæ dicitur.*
2 *Donatio facta pijs locis usq; ad quingentos aureos, ex imperiali dispositione absq; insinuatione ualet.*
3 *Intell l. illud. C. de sacros. eccles. & nu. 46.*
4 *Propter quod unum quodq; tale, et illud magis.*
5 *Dotis causa ob paupertatem dicitur pia.*
6 *Cōis intell. l. cum is. §. si in ea. de condi. inde.*
7 *Causa pia tripliciter considerari potest.*
8 *Vltima uoluntas quomodo pia causa dicatur.*
9 *Dotis causa quō dicatur pia et de intelle. l. i. ff. so. ma.*
11 *Pia causa ē quæ fauorē aīæ disponētis cōcern. et nu. 19*
12 *Relictū in redēption. capti. et alimenta paupū dicitur (piū.*
13 *Dictio, Alias, est repetitiua similium.*
14 *Duo iura præpōderant uni. et id quō procedat.*
16 *Equiperatorū eadem est dispo. & nu. 50.*
17 *Eqpatio ē diuersorū et dicitur qñ uirt. unius cōmu. alt.*
20 *Causa pauptatis dicitur pia qñ agitur de fauore pau- (pū.*
21 *Inducta ad unū finē, nō debēt operari cōtrariū.*
22 *Argumentum ualet a deriuatione uocabuli.*
23 *Pium est quod ab animi pietate descendit.*
24 *Iura adaptantur ad quæ frequentius accidunt.*
25 *Causa pia solū corā ecclesiastico Iudice cognoscitur. et quō hoc intelligatur & procedat. nu. 30.*
26 *Spiritualia a solo ecclesiastico iudice diffiniūtur.*
27 *Causa pauperū corā iudice layco et ecclesiastico tru-*

tinari põt. Idẽ de causa pia dicendũ est declarãdo ut (nu.30.
29 Causa funeris corã prætore uẽtilatur.
31 Iudx secularis in pijs causis ius cano seruare tenetur.
32 Falcidia an de relictis pauperibus detrahatur.
34 Arg. a falcidia ad trebellianicã et econtra ualet.
35 Intell. l. si quis ad declinandã in prin. C. de epi. et cle.
36 Argumẽ. a uerbis narratiuis facti nõ licet assumere.
37 Intell. c. 1. de testa. lib. 6.
38 Arg. a cõtrario sẽsu ẽ tacitũ. et nũq̃ sumitur ad correctionẽ legũ, qñ cõstitutio ĩ sẽsu directo põt aliqd opa.
41 Causa pauperum dicitur miserabiliũ personarum.
Causa miserabilium personarum dicitur pia.
42 Arg. pe loco ad personam ualet et econtra.
43 Argumentũ de loco ad rem & econtra ualet.
44 Hospitale pauperũ dicitur pius locus. & piæ causæ priuilegijs gaudet.
45 Maior est causa q̃ causatum.
47 Denominatio fit a potentiori.
48 Alimentorũ causa ob paupertatẽ fauorabilis est.
51 Pauptas est pia causa et gaudet priuilegijs causæ piæ.

Quinto quæro An causa paupertatis dicatur pia?
1 & ut ueritas hinc inde † exagitata magis elucescat. iuxta not. in .c. graue. 35. q. fi. & per glo. in .c. cũ Io. hæremita. de fi. instru. & per Ias. in rub. de uer. oblig. in. 5. col. & in .l. 2. C. de edend. & Curt Senior. in cons. 11. statuto parmensi in principio cum mater dicatur iustitiæ secundum Bal. in lege: libertini. ff. de sta. ho. & Corn. libro secundo

cons. 239. uidetur. col. pe. in huius .q. progressu arguam ad partes, demum pro ueritate concludã.
2 Primo igitur arguo pro parte affirmatiua † & q̃ Paupertas sit pia causa, probatur in .l. illud.C. de sacros. eccle. ubi refert Imper. q̃ antiquitus dubitatũ fuerat, an donationes super pijs causis factæ usq; ad quingẽtos aureos absq; insinuatione ualerent? et respõdet constituẽdo ualere donationes in quibuscũq; rebus factas usq; ad præfatam quantitatem, uel in sacrosanctã Ecclesiam, in xenodochiũ, orphanotrophium, uel in pauperes, uel in alios ibi enumeratos casus, absq; actorũ confectione, in cæteris uero nulli datur licentia, quacunq; alia causa, quasi pietatis iure subnixa ut ueterum scita ualeat permutare, ex quibus quidẽ colligitur causã pauperũ inter alias pias causas claudi, eademq; decisione, eodẽq; iure terminari, & consequẽter ab ipso legislatore pro causa pia reputari. cum præsertim de pijs causis proposuerit quæstionẽ, et in decisione plures causas pias enumerando, de causis quoq; pauperũ fecerit mentionẽ. Et ita istũ tex. ad hoc inducit Roma. in repe. auth. similiter. col.i.C. ad .l. falci.
3 Huic fundamento † disputandi gratia respondetur q̃ in .d.l. illud. Impera. nõ intellexit solũ loqui de pijs causis, licet circa pias causas tantũ proposuerit quæstionem, qđ probatur per uer. adiecta ibi, uel in quãcunq; ciuitatem etc. ex quibus apparet dispositionẽ illius tex. emanasse non solũ fauore piæ causæ uerũ etiam pauperũ, & ciuitatis, & similiũ fauo-

rabiliū et sic non infertur propterea q̄ paupertas sit pia causa, quia si hoc esset, Ciuitas quoq;, quia ibi enumeratur, pia causa diceretur. ut plura determinabilia pariformiter determinarētur. ar. l. iam hoc iure. ff. de uulg. l. quamuis. C. de impub. cū concor. per Dec. in. l. in testō. la. i. in 3. not. C. de mili. te.
4 Secundo † pro parte Affirmatiua facit nā propter qđ unum quodq; tale & illud magis. l. de accessionibus. §. itaq;. ff. de diuer. & temp. præscrip. & in auth. multo magis. ubi ēt not. Bal. de sacros. eccle. et per glo. in cle. uni. in prin. in uer. profectō. de rel
5 liq. & uenera. sācto. Sed causa dotis † propter paupertatē dicitur pia. ut in. l. cum is. §. si in ea. ff. de
6 cond. inde. quē tex. ita † cōmuniter intelligunt doc. Ias. ibi. Rom. in rep. d. auth. similiter. col. 3. Bal. nouell. de doti. in quinta par. prin. nu. 2. Dec. in cons. 120. & pro tenui. nu. 4. Boer. q. 94. incip. & textus est, sicut ēt de causa alimentorū dicit Bar. in. l. alio. de alimē. et ciba. leg. et in. l. diuus. ff. ad. l. falci. ergo a fortiori ipsa paupertas pia causa dici debet.
7 Sed responderi potest † q̄ causa pia tripliciter consideratur, primo latissime pia causa dicitur, omne id qđ a iure humanitatis intuitu fauorabiliter introdu-
8 citur, ut est † circa morientiū uoluntates & dispositiones in quarum fauorē humanitatis intuitu iura interpretantur. l. si pars. ff. de inoffi. testa. & in. c. fi. ext. de sen. & re iudi. nam cum in ipsis morientibus disponendi amplius non redeat arbitriū. l. i. C. de sacros. eccle. leges humanitatis & pietatis intuitu

disponũt quantũ poßibile est, testantiũ iudicijs fauere debere .l. in cõditionibus primũ locũ .ff. de cõdi. et demo.l. fideicõmissa.§. item siquis. de leg.3. eorũq; ultimas uoluntates, pias appellãt. c. ultima uolũtas. 13 q.2. Abb. in repe.c. cũ esses. col. fi. ext. de testa. hinc ueniens cõtra uoluntatẽ testatoris dicitur iura pietatis uiolare .l. cõtra uoluntatẽ .C. de testa.manu. Bal. nouell. de doti. in prin. quintæ parti. & Io. ne
9 uiz. in silua nuptia.lib.6.nu.19. Secundo † cõside ratur pia causa large pro causis in quibus publicus uersatur fauor, cuius uigore lex specialitates inducit, ut est in dotibus, nam cum causa dotis dicatur
10 præcipua † .i. fauorabilis, secũdũ Tiraq. de retrac. cõuentio.§.i. glo.2. nu.10. uel præcipua, idest principalis, ar.l. quibus præcipua de uer.signi. quia per eã deuenitur ad matrimonia, et ciuitates hominibus replentur .l.i.ff.so. ma.l.2. & 3.ff. de iure do. et .l. 3.ff. de priui. credi. Idcirco iura appellãt eam fauorabilẽ.d.c.fi. de sent. et ẽt causã piam .d.l. cũ is.§.si in ea & per Bar. & doc. in .d.l.i.so. mat. et in .l. 2.§.fi. de dona. & in .l. si ego. in prin. de iu. do. & est cõmunis sentẽtia, ut testatur Bal. nouell. in .d. 5. par. prin. in prima col. Et ita assumẽdo piã cau
11 sam Paupertas est causa pia. Sed † capiẽdo causam piam stricte & proprie, sicut tertio modo sumitur pro causa fauorẽ animæ disponẽtis cõcernente, ex mente glo. in .l. siquis titio. de leg.2. cum concor. de quibus infra hac eadem .q. nu.19. Paupertas nõ est pia causa, quia nõ semper casus paupertatis fa-

uorē animæ disponētis concernit, ut supra in .q. præced. in pri. et ī prima, secūda, et tertia limita. meri-
12 to. etc. Tertio pro hac parte † adducitur tex. in .l. nulli. C. de epi. et cle. et .§. si quis aūt. in auct. de ec cle. titu. ubi relictū in redēptionē captiuorū uel in alimēta pauperū dicitur piū, & uolūtas testatoris hoc disponētis dicitur pia. ut ibidē, in uers. omnibus et per glo. in .§. seq. in uer. ad pias. ubi in exēplifica- tione piæ causæ cōnumerat ēt causas pauperū. et in .§. interdicimus. eo. tit. ubi permittitur alienatio rei ec clesiasticæ in redēptionem captiuorū, et egentiū pa- bula, uel alias pias causas, itaq; colligitur causā pau
13 perū piā esse, cū † dictio illa, alias, sit repetitiua si miliū. glo. in .l. quidā relegatus. de re. dub. glo. & doc. in .l. si fugitiui .C. de ser. fug. quā cōiter ad hoc pōderari tradit Afflic. decis. 244. Ill. col. 2. et per Bar. in .l. sedet reprobari. ī prin. de excu. tu. Are. et Ias. in .l. quæcūq;. C. qui admitti. Huic motiuo respōde tur q in dictis iuribus large dicitur piū, quia fauorē alimentorū cōcernit. ut superius respōdēdo præcedē ti fundamēto diximus. uel secūdo dici pōt q dato q illo casu uere et proprie dicatur piū, illud tū procedit ob cām alimētorū fauorabilē secū annexā. iuxt. not. per Bar. in .l. alio. ꝺ alimē. leg. et in .l. diuus. ad .l. falci.
14 Duo.n. † iura fauorabilia, potētiora sūt q unū. ut ī .§. si igitur. in auct. de cōsang. et ute. fra. et in auth. itaq; .C. cōia de succe. et in .§ sed hodie. insti. de adop. sed semota causa alimentorū uel qlibet alia fauorabili cā simili, tūc pauptas nō erit causa pia. arguēdo a rōne

cessante .l. adigere .§. quamuis. de iure pa. & .c. cũ cessante. in prin. de appella. cum concor.

15 Quarto † & ultimo pro hac sentẽtia adducitur q͂a causa redẽptionis captiuorũ, et causa pauperũ æquiperatur. glo. in .l. sancimus. in uer. animas. & in .l. fi. in uer. captiuorũ .C. de sacros. eccle. Et hinc est q̃ sicut ex causa redemptionis captiuorũ permissa est rerũ ecclesiasticarũ alienatio, ita ex causa pauperũ, ut in octaua .q. princi. in 4. speciali in cõtra. nu. 19. inferius dicam, causa autem redẽptionis captiuorũ est pia, §. si unum in auct. ut cũ de appell. Cogno. ita pariter de causa paupertatis dicendũ est,

16 ut æquiperatorũ † eadẽ sit dispositio. per nota. per glo. fi. & doc. in .l. siquis seruo .C. de fur. & in .c. si postq̃ .§. fi. in uer. prouisio. et ibi domini. de elec. in .6. & per Ias. in auth. quas actiones. nu. 19. uer. tertio pro opi. pla. C. de sacrosan. eccle. & in .§. ex maleficijs. nu. 39. inst. de act. cum concor. per Hier. Cagno. in .l. prætor. nu. 5. de reg. iur. & Tiraq. de retrac. consan. §. 15. glo. i. nu. 11.

17 Huic fundamento † respondetur retorquẽdo argumentum, nam si causa redemptionis captiuorum & causa pauperũ æquiperatur, ergo una diuersa est ab altera, quia æquiperatio est diuersorũ, ut in .§. est & aliud. inst. de dona. & in .l. i. de leg. i. & in .l. 2. C. cõmunia de lega cum utrobiq; nota. Præterea non uidetur uerũ q̃ causa redemptionis captiuorũ, & causa pauperũ sint exequatæ, uelut id iure non probetur. nam glo. in .d. l. sancimus. & in .d. l. fina. non ui

non uidetur æquiperare, sed dispositiones illarum legũ de causa redemptionis loquentiũ, ad causas et pauperum trahere. itaq; ibi esset extensio nõ æqui
18 peratio. quoniã † æquiperatio dicitur quando uirtus unius cõmunicatur, & unitur alteri, & per uiã regulæ de una ad aliã fit exequatio. & tũc ab æquiparatis licet arguere. ut declarant doc. in .d.l.i. ubi in specie Fran. Rip. de leg.i. Cagno. in .d.l. prætor. nu.5. & Mates. in trac. extensionis. nu. 11.
19 Econuerso † autem q̃ paupertatis causa non sit pia, arguitur primo quia causa pia est illa quæ concernit fauorem animæ disponentis .§. si unum. auct. ut cum de app. cogno. Abb. in .c. 2.nu. 10. de præscrip. glo. in .l. siquis titio. de leg.2. q̃ ita intelligit Bar. in repe.l.i. nu. 33.C. de sacros. eccle. Bal. in.l. eam quam. nu. 11.C. de fideicon. & in .c. cõquestus. in fi. ext. de ferijs. Bal. nouell. de doti. in .d.5. par. prin. Dec. in .l. captatorias. ad fi.C. de mili. te. & in cons. 72. uiso puncto. nu.3. & est cõmunis sententia, ut testatur Bello. in cons. 16. stat statutum. col.2. Et hinc omne relictũ pro anima dicitur piũ. Abb. in rub. ext. de testa. in 2. col. & in .c. relatũ. il.i. ext. eo. ti. an. fin. & locus in quo pia exercentur dicitur pius. Io. an. in .c. Ioannes ext. de testa. Abb. in cons. 31. facti contingentia. col.i. par.i. Sed causa paupertatis non semper adaptari põt ad actũ pium & ad fauorẽ animæ alicuius disponẽtis. ut supra in .q. præce. in limita. apparet merito. et c.
20 Huic fundamento † respõderi potest, q̃ causa pau-

pertatis ita demum est pia, quãdo tendit in fauorẽ & utilitatẽ pauperum, sed quãdo iura aliquid forte in odiũ paupertatis inducũt, tunc dispositio quãtumcunq; ad causam pauperũ pertinens nec fauorabilis est, nec pia, & si aliter diceremus inducta in fauorem operarentur contrarium. contra tex. in .l. qđ fauore de legi. & in .c. quod ob gratiã de reg.
21 iu. in 6. Et inducta † ad unũ finem operarẽtur contrariũ, cõtra tex. in .l. legata inutiliter. de adimẽ. lega. in .l. nomen. §. fi. de leg. 3. in .l. 2. ante fi. C. de iura calu. & in .c. maiores. §. sed adhuc. de maiori. & obe. qñ uero talis causa respicit fauorẽ pauperũ sẽper in se pietatẽ cõtinet, et uideri põt in .§. i. insti. Qui. ex cau. manu. nõ licet. in .§. unũ. in auct. ut cũ de appell. cogno. in .l. 2. C. de epi. et cle. et alibi passim.
22 Secundo facit quia † ualet argumentum à deriuatione uocabuli ut habetur in l. i. in prin. de acqui. pos. & insti. de testa. in prin. & per Alcia. in .l. tabernae de uer. signi. Ad quod est bonus tex. in .§. & non ineleganter. insti. de iure na. & in .l. i. in prin. de contraben. emp. & per Bar. in .l. omnes populi. 6. q.
23 prin. nu. 59. ff. de iusti. & iu. Hoc stante † habemus ꝙ piũ dicitur, qđ à pietate descẽdit, ut de Impera. inquit Bal. in proe. ff. nu. 15. quem ibi sequitur Hie. Cagno. nu. 71. & quod notã. tradit Abb. in .d. cons. 31. col. i. sed ista pietas nõ semper in paupertate uersatur, ut deducit Por. in .§. i. inst. quibus ex cau. manu. non licet & exemplificari potest quando sumus in honoribus & dignitatibus exercendis ut supra di

ximus in .q. præceden. in prima limita. nu. 41. Vel quādo propter demerita propria pauper euasit. ut in eadē .q. in .2. limi. nu. 46. ergo paupertas absolute nō est pia causa, in causa .n. pia uersatur pietas & cōsideratur uniformiter, ut uideri pōt in terminis auth. similiter .C. ad .l. falci. & .c. relatū. ext. de testa. cū similibus. Huic respōderi pōt ut supra precedēti fundamēto proxime respōdi, Et præterea licet causa paupertatis aliqñ in se pietatē nō habeat, nō idcirco desinit esse pia, sat est .n. q regulariter et ut plurimū pietatē cōtineat, cū † iura quæ
24 frequētius accidūt, nō quæ raro cōtingunt, potissimū cōsiderare soleāt .l. nam ad ea .ff. de legi. et .l. legaui de libe. lega. cū similibus licet aliquādo casus quoq; raro contingētes decidant .§. insula. de re diuisi.
25 Tertio † adducitur pro hac sentētia, quia causa pia solū corā iudice ecclesiastico & non layco trutinatur. Abb. in repe. c. cū esses. col. fi. nu. 33. ext. de testa. & probatur quoniam pia causa respicit spiritualia. Bar. in repe l. 1. col. fi. nu. 81. C. de sacros eccle. Sed
26 spiritualia † à solo iudice ecclesiastico diffiniūtur .c. decernimus. & .c. quāto ext. de iudi. & .c. iudex. de sen. excom. lib. 6. Alex. in .l. titia. col. 2. ff. sol. ma. ergo pia causa corā iudice ecclesiastico nō layco ter
27 minatur. Sed causa pauperū † nō solū corā iudice ecclesiastico, uerū ēt layco cognosci pōt, ut in terminis .l. si cōstāte. et .l. maritū. ff. so. ma. et to. ti. ff. et codi. qui bo. ce. pos. et p Fely. in .c. significātibus in glo. in uer. pauperē. de offi. de lega. ergo nō est pia causa.

28 Huic fundamento † respondetur q causa pia non solum corã Iudice ecclesiastico uerũ ẽt layco agi põt. ut in .l. uni .c. quando Imper. inter. pup. & uidu. & in .l. qui heres erat. in prin. ff. fami. hærci. Hinc
29 est † q causa funeris, quæ pia est, coram prætore uentilatur .l. at siquis .§. sicut. de relli. & sump. fune. & not. Abb. in .c. relatũ il.i. per illum tex. de
30 testa. Itaq; † distinguendum est q aut pia causa cõcernit tẽporalia, uel eis annexa, & corã quocunq; Iudice layco scilicet & ecclesiastico põt uentilari, hinc Bar. in .l. solent. nu. 13. de Alimen. leg. inquit q si pauperi layco alimenta relinquũtur, potest tã coram Iudice layco q̃ ecclesiastico de causa cognosci, Aut causa pia concernit spiritualia, uel eis annexa et tũc a solo Iudice ecclesiastico cognosci potest. Abb. in .c. 2. ext. de iura. calum. Mars. in not. 70. Iu=
31 dex. & Rota decis. 3. de consuetu. in anti. Sed † bene uerũ est q Iudex secularis in huiuscemodi pijs causis ius cano. debet obseruare, & secundum illius dispositionẽ iudicare etiam in foro ciuili. Ant. de but. & Imo. in .c. clerici. de Iudi. Abb. in .c.i. nu. 3. de consti. & fely. in .c. causã. in prin. de testi.
32 Quarto & ultimo facit † quia si paupertas esset causa pia, de relictis pauperibus nõ detraheretur falcidia. ut in auth. similiter .C. ad .l. falci. et in corpore unde sumitur .§. si autem hæres. auct. de eccles. titu. sed consequens est falsum, ut in .l. siquis ad declinãdam. in prin. C. de epi. & cle. ubi qui uoluit in relictis factis pauperibus uitare falcidiam,

pauperes directo hæredes instituit (tunc .n. cessat falcidia. per not. in .l. si hæres abeo .ff. ad trebell.) nam alias bene locus fuisset falcidiæ , si per fideicõ missum eis fuisset relictum, ar. illius tex. & proba tur etiam in .c.i. de testa. lib. 6. ubi ea ratione non detrahitur trebelleanica de relicto pauperibus, q͂a substitutio erat directa , ergo si fideicom. & non di recta fuisset, detraheretur. & ita arguit Io. And.
33 *ibi ergo. et c.* Sed *respondetur* † *q̃ non est uerum q̃ de relictis pauperibus detrahi falcidia debeat. et primo per tex. in .d.auth. similiter tenendo q̃ causa paupertatis sit pia. ut in .d.§. siquis autem. in auct. de eccle. ti. secundo per not. per glo. & doc. in .c. 2.ext. de sepultu. tertio per tehorri.* Bal. *in .l. id q͂d pauperibus. nu.* 30. *uers. quid ergo dicemus?* C. *de epi. & cle. & capell.* Tolos. *q.* 83. Item *fuit quæsitũ*
34 *an trebelleanica. arguendo* † *a falcidia ad trebellea nicam & econtra per not. in .l. marcellus .§. quod autem .ff. ad trebell. & in .l. iubemus .*C. *eo. & per* Euer. *in centu. in loco a falci. ad treb. in prin.* Nec
35 *ob tex.* † *in .d.l. siquis ad declinandam. quia ibi sũt uerba facti narratiua, quæ contingentiam ponunt, q̃ scilicet quidam ut euitaret detractionem falcidiæ directo pauperes hæredes instituit , non tamen sequitur ex hoc q̃ si per fideicõmissũ ille pauperibus*
36 *reliquisset falcidia detrahi debuisset, nam* † *a uerbis narratiuis facti non licet arguere. glo. in .l. uni. .C. quãdo nõ peten. par. in .c. auditis. in uer. expost facto de electio. in .c.i. de rerum permu. in 6. Iac.*

in .l. illã. col. fi. C. de colla. Roma. in auth. similiter in 10. speciali piæ causæ in ultimis uolunta. C. ad .l. falci. Vel secundo respondetur q & si de iure .ff. falcidia de relictis pauperibus detrahi forte potuisset. per not. in .l. i. §. ad municipũ .ff ad .l. falci. & illo iure antiquo inspecto procedat dispositio .d. l. siquis ad declinandã ut supra inductæ. attamẽ de iure nõ uo codi. & nouissimo authẽti. in relictis pauperibus sicut in alijs ad pias causas relictis falcidia cessat, ut
37 in .d. auth. similiter. Ad textũ aũt in .d. c. si pater † de testa. in 6. respõdet Bal. in .d. l. id quod pauperibus. nu. 30. q ibi sumitur argumentũ à cõtrario sẽsu respectu legitimæ tantũ. nõ aũt respectu falcidiæ
38 aut trebelleanicæ, quoniã † argumentũ à cõtrario sensu est tacitũ .l. inter socerũ .§. cũ inter .ff. de pac. dota. ideo cessat eo casu quo lex exprimit cõtrariũ, quia expressũ facit cessare tacitũ, & potẽtius est .l.
39 precibus .C. de impube. Adeo † q tale argumentũ ad correctionẽ legũ qñ cõstitutio in sensu directo potest aliquid operari, nunq̃ sumi debet. ut in .c. à nobis. in .l 2. et ibi not. Abb. ext. de sen. excõmu. glo. in .c. significasti. de fo. compe. & in .c. uni. de æta. & quali. lib. 6. & in cle. i. in uer. obseruare. de sen. excom. cum pluribus concor. congestis per Nicol. Eue. in centu. in loco à cõtra. sensu in .2. fallen. sed si argueremus à contrario sensu .d. c. i. ad inducendã detractionẽ falcidiæ de relictis pauperibus induceremus correctionẽ .d. auth. similiter. merito. et c.
40 Quid ergo dicemus? Ego teneo † paupertatem

causam piam esse, & partem affirmatiuam ueriorẽ esse, tum per ea quæ supra, non obstan. respon-sionibus præmissis, quibus mox replicabitur, tum
41 etiam quia † causa pauperum dicitur miserabilium personarum, cum pauperes miserabiles sint perso-næ, ut in .c.1. & ibi Panor. de postulan. & in .c. si gnificantibus ubi etiam Abb. de offi. delega. & per Alber. in dictiona. in uer. miserabilis, sed causa mi serabilium personarum dicitur pia; spec. in tit. de instru. editio. §. nunc aliqua. uers. & scias q̃ relicta. Fely. in .d.c. significantibus. nu. 6. ergo causa pau-perum dicitur pia. Itaq; dicebat Bal. in .l. illud. in prin. C. de sacros. eccle. q̃ ubicunq; fit donatio pijs locis, pauperibus, uel pro redemptione captiuorũ dicitur pia. & q̃ sit uerum q̃ Paupertas sit pia cau
42 sa corroboro ultra prædicta, nam † ualet argumẽ tum de loco ad personam & econtra .l.1.§. offilius .ff. ne quis eum qui in ius uo. ui exi. iuncta .l. 2. eo. ti. & est bonus tex. in .c. peruenit. iuncto .c. cũ
43 ecclesia. ext. de immuni. eccle. Et ualet † argumen tum à loco ad rem & econtra. ut .l. pe. ff. de Iusti. et iu. & in .l. siquis ita legauerit. de au. & ar. lega.
44 Ias. in .l. uinum. nu. 6. si cer. pe. in fi. Sed locus † pauperũ, quod hospitale dicitur, est pius quando erectũ est episcopi autoritate. Abb. in .d. cons. 31. facti cõtingentia col. 2. post glo. in cle. quia contin git de relig. domi. et Bal. in .l. orphanotrophos. C. de epi. et cler. gaudetq; oĩbus priuilegijs cõcessis ec-clesijs. l. oĩa priuilegia. C. de epi. et cle. Arch. ĩ. c. si ex

laycis.10.q.i. Abb. in .c. ecclesiæ. col.i. ext. de immuni. eccles. & in .c. cum sit generale. col.i. de fo. compe. Alex. lib.2. cons. 209. in prin. Calderi. in cons.i. de relligio. domi. Corn. in cons. 206. licet in hac consulta. col.i. lib.i. Capra. in cõs. 54. circa primum. col. pe. & Dec. in cons. 488. in causa. nu. 4. Et bona hospitalium æquiperari bonis ecclesiarum consuluit Pau. Cast. in cons. 295. in fi. & Dec. in cons. 504. in casu occurrenti. col.i. cum cõcor. per Nicol. euer. in centu. in loco ab eccle. ad pia loca. & Corn. lib. 3. cons. 57. in causa col.i. ergo ipsorũ quoq; pauperum personæ & res & causæ, piæ dici debent. quod ad hunc stringitur nam si loca pauperũ dicuntur pia, & fruuntur immunitatibus fauore & causa pauperum. ut in .l. sancimus la. 2. ibi huiusce modi pijs consortijs .C. de sacros. eccle. & not. Bal. in .d.l. omnia. per illum tex. à fortiori & ipsi pauperes pij appellari & immunitatibus potiri debent,
45 ut † maior sit causa q̃ causatũ .l. de accessionibus .§. itaq; .ff. de diuer. tempo. præscrip. & per Bar. in auth. multo magis .C. de sacros. eccle.
Et tenendo hanc sententiam quam tenet Bal. in .l. illud. in prin. & in auth. quas actiones. col.i.C. de sacros. eccle. & in .l. pe. in fi.C. ad treb. dicens q̃ omnia priuilegia quæ competunt ecclesijs, competunt etiam pauperibus. per tex in auct. de eccle. titu. et nouissime Bello. in cons. 16. stat statutum. per totũ. post Ias. in .§. ex maleficijs nu. 41. insti. de actio. Non obstant responsiones fundamentis supra relatis

pro hac sententia. & primo quatenus responsū fuit
46 † ad .l. illud. q ibi non solum fauore piæ causæ, sed etiã causa aliorum fauorabiliū, ut pauperū & ciuitatis emanauit illa dispositio, unde neceßario non concluditur q paupertas sit causa pia. Quoniam replico fatendo responsionem q ibi tex. loquatur et in pijs causis, & in alijs fauorabilibus ibi enumeratis sed ratio quare ibi enumeratur inter pias causas, tanq̃ fauorabilis, causa pauperū, est, quia paupertas propter pietatem fauorabilis est, & pia. Pie .n. datur quod pauperi datur inquit Bal. in repe .l.i. nu. 26.C. de sacros eccle. ratio uero quare ibi enumeretur ciuitas, est quia æquiperatur piæ causæ, & utile dominiū transit in ciuitatem ipso iure sicut in pias causas .l. fi. illo eo. tit. et idcirco gaudet alijs quoq; priuilegijs piæ causæ.

Secūdo non obst. quatenus respondendo secūdo fundamento dicebamus q capiendo piam causam stricte & proprie pro causa fauorem animæ concernente, paupertas (quia non semper est talis) non est pia causa. quoniam replicatur ut supra dictum fuit in responsione ad primum fundamentū opinionis negatiuæ. nu. 20. Et præterea licet aliquando fauorem animæ nõ contineat, nõ propterea desinit esse pia, cum denominatio a potentiori facienda sit .l. quæritur de sta. ho. & ea quæ cõmuniter accidunt cõsiderari soleant .l iij. cū duabus seqq. ff. de legibus.
48 Tertio † non obst. responsio data ad .l. nulli. & ad .§. siquis autē. cum concor. q ibi large causa pau-

pertatis dicitur pia, quia fauorē alimentorum concernit, uel quia causam alimentorū secū habet annexā. Quoniā replicatur q̃ ratio finalis ibi est causa paupertatis, nā causa alimentorū fauorabilis est et piæ causæ equiperatur q̃n in se pietatē habet ob paupertatē, alias aūt quādo alimēta debētur diuiti causa alimentorum nō est adeo fauorabilis & priuilegiata sicut quando alimenta debētur inopi Bar. in .l. alio de alimen. & ciba. leg. Are. in cons. 97. in causa. col 2. & est optimus tex. in .l. mela. post prin. ff. de alimen. leg. quem ad hoc allegat Alex. in .l. si certis annis. col. 2. nu. 5. C. de pact. & sequitur Gome. in .§. præiudiciales. nu. 5. inst. de actio. Et ex his constat non obstare, q̃ duæ qualitates ueluti po
49 tentiores præponderare debeant quoniā † illud procedit quādo unaquæq; per se operatur. Bar. in repe. l. arrogator. nu. 10. ff. de adop. Io. Crot. in .l. re coniuncti. col. 2. de leg. 3. sed ut diximus causa sola alimentorum absq; paupertate in casu nostro non operatur. merito. et c.
50 Quarto † & ultimo non obst. q̃ ex quo paupertas æquiperatur piæ causæ, cum æquiperatio sit diuersorū, non sit proprie pia causa, Quoniam replicatur id uerum esse ante æquiperationē sed æquiperatione sequuta illæ duæ qualitates diuersæ uniūtur & efficiūtur fere eædem, idest uirtus unius attribuitur alteri adeo ut dispositum in una censeatur etiam dispositum in altera. ut in materia legatorū & fideicommissorum tradunt communiter scriben.

in .l.1. de leg. 1. et habetur per Bar. in .l. si constāte. in .q.7. ff. so. ma. Abb. Dec. & alios. in .c. translato per illum tex. ext. de consti. & per Corn. lib. 2. cons. 82. in hac consultatione. col. 3. ex quibus om=
51 nibus concludo † causam paupertatis esse piam & per consequens gaudere omnibus priuilegijs, immunitatibus & specialibus quibus causæ piæ utuntur, quæ enumerāt doc. in .l.1.C. de sacros. eccle. et Roma. in repe. auth. similiter .C. ad .l. falci. & nouissime Tiraq. in trac. de pijs causis. per to.

SEXTA QVESTIO

Summaria.

1 Paupertas ueluti qualitas naturalis præsumitur.
2 Fundās se in paupertate debet eam probare.
3 Fundans se in neceßitate debet eam probare.
4 Quilibet fundamentum suæ intentionis probare tenetur.
5 Paupertas probatur ex qualitate loci. & quomodo testis deponere debeat, ut probet iacentem in hospitali pauperem esse ibidem, & q carceratus, exul. & ostiatim uictum querens pauper dicatur.
6 Paupertas probatur ex qualitate temporis.
De præsenti præsumimus in præteritum & non econtra.
Argumentum de loco ualet ad tempus.

7 Paupertas ab effectu probatur.

8 Rustici & pauperes non solent pullis & delicatis uiuere cibis.

Cedens bonis, impotens satisfacere creditoribus, et discalceatus incedens, dicitur pauper.

Cessio bonorum est beneficium paupertatis.

9 Paupertas probatur per famam publicam uicinorũ uel uulgi opinionem.

10 Præsumitur res sic sese habere uti uulgus opinatur.

11 Paupertas quãdo probetur per famã uel uulgi opin. secundum communem sententiam.

12 Vulgi opinio quando est sufficiens probatio debet plene probari.

Fundans se in tẽpore illud probare tenetur sicut qui fundat se in aliqua qualitate eã probare debet.

13 Fama quomodo per testes probetur remissiue.

14 Probatio paupertatis per famã non est cõcludens.

Probatio negatiuæ sat est q̃ per indirectũ cõcludat.

15 Vbi plena probatio nõ potest haberi, satis est q̃ Iudex ex uæhementi opinione inducatur.

16 Ratione difficilis probationis sat ẽ præsũpta ꝓbatio.

17 Probatio pauptatis multũ pẽdet ab Arbitrio Iudicis.

18 Iudex in initio processus debet declarare aliquem pauperem esse.

19 Iudex declarat quæ sit miserabilis persona.

20 Et quæ dicatur utilis.

21 Et quæ dicatur dignior.

22 Et quot dicantur facere multitudinem.

23 Et quot anni dicantur facere lõgum tempus ad hoc

ut ex obliuione perdatur possessio.
24 Et gñraliter qñ casus nõ ẽ decis. a iure statur arb. Iud.
25 Etiam in penalibus.
26 Iudex p qualitate personarũ et facultatũ iudic. tene.
27 Iudex arbitratur ĩ casibus nõ decisis, ĩ deci. stamus. le
28 Vbi casus est legis ibi nulla est dubitatio. (gi.
29 Lex quãdoq; uocat pauperes eos quorum bona nõ excedunt quinquaginta aureos.
30 Quãdoq; eos qui centum aureos habent in bonis.
31 Quãdoq; eum qui suis quotidianis laboribus uiuit.
32 Quãdoq; dicitur pauper qui male utitur substan. sua.
33 Quandoq; qui in carcere detinetur.
34 Qñq; qui p alijs fideiubet, uel pecun. reti. sub usur.
35 Diues & idoneus dicitur qui tot poßidet quot ualet res de qua agitur.
36 Glo. in. §. si uero absunt. in uer. substantiã. in auct. de hæred. & falci. est cõmuniter approbata.
37 Iudex nõ arbitratur in casibus cõsuetudine declaratis.
38 Consuetudo dicitur lex non scripta. & in casibus nõ decisis uim legis habet.
39 Casus consuetudine terminatus dicitur neccessarius & non arbitrarius.
40 Sicut iudicans contra legem facit litem suam, Ita iudicans contra consuetudinem.
41 Transgressor legis sicut punitur, ita consuetudinis quoq; punitur transgressor.
42 Testatoris intentio sicut interpretatur secundũ leges. ita interpretari debet secundũ consuetudinẽ.

Sexto Quæro quomodo Paupertas probetur & consequenter quis pauper esse dicatur? Sed ante q̄ ad quæstionis solutionem deueniam, præmitto in primis q. Paupertas † ueluti naturalis qualitas inquocūq; præsumitur ut not. Alber. in .l. ex persona. per illum tex. C. de proba. iunctis dictis superius. in 3. .q. prin. nu. 5. quilibet enim nascitur nudus & pauper. ut in .c. sicut. 47. distin. Inde Cato. Infantem nudum cum te natura creauit. et c. Nihilominus in
2 *Iudicijs † fundans se in paupertate tenetur illā probare tanq̄ causam suæ intentionis, sicut & qui fundat se in diuitijs, eas probare debet. ut est glo. magistra. in .l. si uero .§. qui pro rei qualitate. in uer. dubitatur .ff. qui satisda. cogan. per quam dicit ibi Bal. & Ang. q. ubicunq; paupertas uel diuitiæ sunt causa & fundamentum allegantis, ei incumbit onus probandi, etiam in negante, ut ibi referunt Paul. Castr. Alex. & Ias. Et eam glos. ad hoc meliorem de iure dicit Bal. in .l. 4. C. quando fiscus uel priua. & singularem inquit Afflic. decis. 377. princeps nu. 6. & ita tenet Bal. in .l. paupertas .ff. de excu. tuto. Paul. Cast. in .l. si decesserit .§. si uero .ff. qui satisda. cog. Alex. in .l. ex diuerso .§. si in iudicio in fi. ff. solu. matr. & in cons. 37. consulitus. lib. 7. Dec. in cons. 120. & pro tenui. col. 1. Alcia. de præsumptio. regu. 2. præsump. 27. nu. 4. ubi testatur hanc esse*
3 *cōmunem sententiam. Et hinc est † q. fundans se in necessitate, eam probare tenetur .l. fideicommissa .§. si rem. de leg. 3. Ias. in .l. ut uim. col. 1. de iusti.*

& iu. Et hinc est q si patronus petit ut pauper alimenta à liberto suo, paupertatem probare tenetur .l. fina. ff. de libe. agno. Et qui alium tanq̃ pauperem uult reijcere, debet paupertatem probare .l. si creditores .§. fi. ff. de priui. credi .l. i. §. sed & si satis .ff. de magi. conuen. & qui paupertatis prætextu à tutela uult excusari, debet paupertatem suam probare .§. sedet propter cum glo. fi. insti. de excu.
4 tuto. Et semper † quilibet tenetur probare id qđ est fundamentum suæ intentionis .l. 2. & .l. ab ea parte. & .l. uerius .ff. de proba. Abb. in .c. bonæ. ext. de elect. Paul. Castr. in .l. matrem .C. de proba. Alex. in .l. diuortio. col .1. ff. solu. mat. Ias. in rub. C. qui admitti. col. 2. et Afflic. in proem. decis. nu. 4. notanter ait q Vir prudens propalare non debet, quæ probare non potest .c. plerunq; .2. q. 5. & idem tenet pro communi sententia Corn. lib. 2. cons. 63. licet. col. 2.
5 His præmissis † respondent ad .q. uarijs in locis scriben. q Paupertas diuersimode pluribusq; modis probatur. Et primo q probatur ex qualitate loci nam eo ipso q probatur aliquem morari in hospitali, dicitur eius paupertas probata. secundum Bal. in .l. si quis ad declinandam. in prin. nu. 5. C. de epi. & cle. per illum tex. dicentem neminem pauperiorem esse illo qui est inopia tentus & languens in hospitali nec cessarium sibi uictum non potest afferre, ex quo quidem text. colligendum est q testis ut perfecte probet deponere debet, q talis ob nimiã paupertatem

giosum. insti. de re. diui. Lex ergo inducit fictionē hanc fauore paupertatis, ut prædicta furari liceat & ueluti sua propria surripiens fur puniri nō possit cū hac tamen qualificatione q̃ ad pinguiorē fortunam perueniens, restituere teneatur fictione cessāte ar. l. quæ propter. de reg. iu. Nec † obst. q̃ ex
42 quo non est permissum furari ad alienæ paupertati subueniendum ergo nec suæ, quoniam respon. q̃ quoties aliena paupertas est adeo urgens et suprema, q̃ si nō iuuetur ex ea periri facile posset, tūc licet pro aliena quoq; paupertate furari, & ex rebus furto subtractis elemosinam facere, ita tenet Ang. de claua. in summa in uer. furtum. nu. 37. authoritate diui Thomæ. ut ibi per eum.
43 Vltimo † non ommitto dixisse quosdam in. d. l. quæ propter. ex causa famis licere semel aut bis fornicari, sicut & pauca furari, quia neccessitas non habet legem. l. in bello. §. medio tempore. ff. de capti. et in. c. licet. ext. de peniten. glo. fi. in. l. 2. §. i. & ibi ēt Doc. ff. si cer. pe. & propter neccessitatē illicitū fit
44 licitum. c. 4. de reg. iur. in anti. Nec † obstare tex. in. d. uer. non est ignoscendū. quia procedit quādo mulier paupertatis prætextu turpē uitā elegit fornicādo non semel aut bis, sed sæpe ac sæpius in turpi uita perseuerando. ut patet ex eo tex. ibi in uer.
45 uitā quæ dic. requirit tractū longeuum. Ego tñ † arbitror id non esse uerum, deceptos q̃ fuisse ita tenentes tum quia non reperio iure cautum q̃ ob paupertatē fornicari liceat. & quod lex non dicit. et c.

.§ illo. auct. de trien. & semis. & not. in .l. illam .C. de colla. & illud assumptum q necceßitas nõ habet legem, procedit solũmodo in casibus à iure expres sis & specificatis. glo. in .c. quoniam. 48. distin. tum etiam quia in .d. uer. non est ignoscendũ. non potest argui à contrario sensu ponderando uer. uitam. q ibi fornicatio sit permissa nisi perseueretur in ea,
46 Quoniam † tale argumen. á contra. sensu non pro cedit ubi resultat absurdum .l. 2. ubi Bal. C. de con= di. infer. Vel peccatum, glo. in clem. i. in uer. face= re. de usur. Bal. in auth. ad hæc .C. eo. et per Mars. in .l. uni. nu. 77. C. de rapt. uirgi. Sicut esset in isto
47 casu in quo induceretur fornicatio, quæ † ueluti peccatũ etiam lege ciuili improbata est .c. i. de filijs nat. ex matri. ad morga. cõtrac. in usi. feu. & in .§. illud. in auct. qui. mod. natu. effici. sui & per Fely. in .c. cũ sit generale. col. 6. de foro cõpe. Et idcirco
48 talis dispositio † tanq̃ peccati nutritiua nõ ualeret .c. fin. ext. de præsũp. & .c. erit aũt lex. 4. distin. & per Rip. in .l. si unq̃ .q. 28. C. de reuo. dona. meritò dispositio prædicta ad contrariũ sensũ trahi nõ debet.

Summaria.

1 Contumax condẽnatur aliq̃n in expẽsis. & audiri nõ debet nisi refectis aduersario expensis. & nu. 8.

3 Moræ purgatio ita demũ conceditur si ius partis ad uersæ non sit factum deterius.

4 Contumax ut in iudicio audiatur, expensas, dãna & interesse aduersario reficere debet.

5 *Ob cõtumaciã rei mittitur actor in possessionẽ bonorũ ex primo decreto. Et iussu iudi. fruct. facit suos.*
7 *Ob cõtumaciã locus est remissioni in ciuilibus.*
8 *In purgatione moræ datur cautio iudicio sisti. teneturq; reus reficere expensas etiã nõ utiles factas in re ex primo decreto possessa. etiã de iure cano.*
9 *Quod lex non dicit nec nos dicere debemus.*
10 *Plus fauemus ei qui est in bona fide et tractat de dãno uitãdo q̃ cõtumaci de lucro quæren. certanti.*
11 *Cõtumax quandoq; excõmunicatur. & nu. 17.*
12 *Cõtumacia quæ libet est excõmunicatione digna.*
13 *Excommunicatio est contumaciæ pœna.*
14 *Iudex contumaci, in omnibus caussis suis audientiam denegare debet.*
15 *Cõtumax ueluti hæreticus excõmunicandus est.*
16 *Contumax dicitur infidelis.*
19 *Contumax quando pro confesso habetur.*
20 *Contumax non auditur appellans uel supplicãs etiã per uiam restitutionis in integrum.*
21 *Contumax non auditur excipiendo de pendẽtia litis in sui fauorem.*
22 *Cõtumaciæ pœna incurritur ita demũ si fuerit oppo-*
23 *Contumax ob paupertatem excusatur. (sita.*
24 *Creditores hæreditarij comparere possunt per procuratorem ad uidẽdum inuentariũ confici ab hærede quando sunt impediti personaliter cõparere.*
25 *Nimia paupertas robur conuersationis infringit.*
26 *Mulcta imposita à lege contumaci, ex causa paupertatis per iudicem minui potest.*

DECIMVM SPECIALE. IN IVDICIIS.

1 ¶ Decimo fauorabilis est paupertas † in materia cõtumaciæ, nam & si contumax qui iudicis mandatũ spreuit, & ad iudiciũ uenire recusauit multipliciter puniatur, condẽneturq; in expensis aliquando, ut cum primo uel secundo citatus non cõparet in termino, etiã si ante elapsum terminum tertiæ citationis compareat, quoniam eo quoq; casu expensas aduersario reficere tenetur, æque ac nullatenus cõparuisset, ut in auth. qui semel. ubi not. Bar.C. quõ & quã. Iud. Bar. in .l. i.§. is uidetur. nu. 4.ff. si quis Iudi. non ob tempe. & in .l. qui ante calendas. col.i. .ff. de uer. obli. & per Abb. in .c. querelã. & in .c. constitutis. ext. de procu. Alex. in .l. contumacia. in fi.ff. de re iudi. qui plures allegat ad hoc, testaturq;

hanc esse cõmunem sententiã, quã tenent etiã Cano. in .c.i. ext. de iudi. Nec † soleat cõtumax ad iudiciũ admitti, nec modo aliquo audiri nisi refectis prius parti aduersæ litis expensis. ut in .l. properandum .§. sin aũt reus. & in .l. sancimus. ubi Bar. & Bal. .C. de iudi. Abb. in .c. cum dilecti. ext. de dolo. & & Gui. pa. q. 99. de stilo. adeo ut si unus denarius deficeret, nõ debet audiri. Bal in .c. cõquerente. col. .i. de resti. spo. Ias. in auth. qui rem nu. 16. C. de sacrosan. eccle. & Dec. in cons. 34. & pro tenui. in fi.
3 Nã † admittitur aliquis ad purgationẽ moræ cũ ius partis aduersæ in aliquo nõ est factũ deterius. Bar. in .l. & si post tres. in prin. ff. siquis cau & in .l. si in
4 sulam. col. i. de uer. obli. Itaq; † ut cõtumax audiatur debet in primis non solum expensas uerum etiã interesse & omnia dãna ipsius causa illata parti resarcire. ut est tex. expres. in .l. sancimus. ubi omnes no. C. de iudi. et per glo. in .l. i. quam approbat Bar. .ff. de alie. iudi. mutan. causa fa. Bar. in .l. eum quẽ temere. ff. de iudi. Alex. in .l. si finita. §. Iulianus. nu. 80. ff. de damno infe. & Ias. in .l. properandũ. §. sin
5 aũt alteutra. C de iudi. Aliquando † etiã Iudex (ut contumacẽ puniat) partem aduersam præsentẽ immittit in possessionem bonorũ cõtumacis ex primo decreto iuxta quantitatem debiti petiti .l. fulcinius. .ff. qui. ex cau. in posses. ea & in auth. ei qui. C. de bo. autho. iudi. possi. ut quãdo tribus citationibus uocatus nõ cõparet .c. quoniã frequenter. in fi. ext. ut lite non conte. uel peremptorie citatus noluit come

parere. glo. Bar. & alij. in .d.l. si finita .§. Iulia. de
6 dan. infe. imo Iudex † ob nimiã cõtumaciã rei mãda re põt, q actor missus in possessionẽ ex primo decreto lucretur et fructus faciat suos. ut in .d.l. fulcinius .§. fi. ubi ẽt Bar. ff. Qui. ex cau. in pos. ea. quã ad hoc singul. esse dicit Corse. in nota. in uer. cõtumacia. il primo. & ita sese cõem sententiã habere testatur Abb. in .c. cõtingit. nu. 18. ext. de dolo. Prætere
7 rea † licet in ciuilibus causis non sit locus remißioni. tamen propter nimiam contumaciã potest Iudex reum contumacẽ remittere. ut in .l. consentaneũ ubi etiam Bal. C. quomodo et quan. iu. quod pro singu. refert Corset. in nota. in uer. cõtumacia. il. 2. Et si
8 † reus uellet intra annum morã purgare, (quod facere potest cauendo de iudicio Sisti. ut in .c. i. ext. de dolo) reficere tenetur actori omnes expẽsas etiã nõ utiles factas in re ex primo decreto possessa. ut in .l. prætor .§. quod ait .ff. de bo. autho. iu. pos. quod dictum pro singu. refert Roma. in singu. 413. tu habes. & quãuis referat aliquos tenere id iure Cano. esse correctum, nihilominus Abb. in .c. cum uenissent. ext. de eo qui mitti. in posses. tenet contrariũ, quoniam hoc iure cautum non reperitur, unde legum correctio induci non debet .l. sancimus. C. de te
9 sta. & .l. præcipimus .C. de appella. Et quod lex † nõ dicit nec nos dicere debemus .§. illo. auct. de triẽ. et semi. & not. in .l. illam. C. de colla. et in .l. de præ
10 cio. de publicia. & in .l. 3. in fi. de offi. præst. Cũ † præsertim simus in casu quo is qui bona fide fecit

expensas tractat de damno uitando. unde plus ei fauendũ sit q̃ reo cõtumaci & de lucro querẽdo certanti. ar.l. in eo. et.l. nõ debet.§. fi. de reg. iu. alias aũt magis faueremus cõtumaci q̃ obediẽti cõtra tex. in.l.3.§.i. de dona. inter Vi. & Vxo. et in.l. cũ tale.§. fina. de cõdi. & demo. & in.c. cõtingit. ext. de dolo. et magis stulto q̃ sapiẽti. cõtra tex. in.l. seruus.ff. quod ui aut clã. in.l. non solũ.ff. de noxa. et in.c. cum qui beneficiũ. de præben. in 6. quod est diligenter notandũ; quia facit ad quotidianã questio. de qua

11 per Mars. in nota. 375. ut ibi per eũ. Aliquando † etiã cõtumax excõmunicatione mulctatur quoties.n. ter citatus uel perẽptorie non cõparet, si mißio in possesßionẽ bonorũ ipsius fieri non potest, excõmunicatur à Iudice Ecclesiastico ut ad iudiciũ uenire, & Iudici obtemperare cogatur. ut in.c. ex parte. il primo. cum glo. ext. de uer. signi. & in.c. ex literis. ext. de constitu. & in.c. tuæ. ext. ut lite nõ con te. per quẽ tex. ita dicit glo. in.c. 2. ext. de procura. & in iure ciuili est glo. peregrina. in.l. in actionibus. in glo. fina.ff. de in litẽ iuran. quã singularẽ appellat Corse in in not. in uer. cõtumax. Ad quod

12 quidem † bene facit quoniam quælibet contumacia quantũcunq; minima est excõmunicatione digna secundum glo. in.c. si duo. 96. distin. quam pro singu. allegat Abb. in.d.c. ex. parte. de uer. sig. Ex

13 cõmunicatio † enim est contumaciæ pœna dicit tex. in.c. sacro. de sen. excommu. Panor. in.c. cũ nõ ab

14 homine. nu. 25. ext. de iudi. Itaq; † potest ẽt Iudex

propter nimiam contumaciā denegare audientiā cō tumaci in omnibus causis suis .l. & si per pretorē. .§. sed cum de certo. ff. qui. ex cau. maio. ipsūq; ueluti infamē à iudicij limine repellere iuxta nota. in .c. i. 3. q. 4. & in .c. infames. 6. q. i. & in .c. constituimus. 3. q. 5. & in .l. siquis maior .C. de transactio.
15 Et dicebat † eleganter in terminis Egid. Belleme. conclu. 677. contumax. de hæreti. q uerus cōtumax tanq̄ hæreticus excōmunicari debet, per tex. in .c. excōmunicamus .§. qui aūt. de hæreti. quia contumacia dicitur hæresis .c. siquis presbiteri. 81. distin.
16 Et † contumax dicitur infidelis .c. nullus. 38. distin.
17 Animaduertendū est tamen diligenter † ita demum contumacem excōmunicandum esse, si personaliter citatus non cōparuit, nam si ad domum, uel aliter fuerit requisitus & contumax fuerit, ad excōmunicationem deueniri non debet, sed alijs pœnis à iudice plectēdus est. ita determinat Rota decis. 15. de sent. excōmu. in anti. & decis. 11. de dolo. & decis. .i. ante fi. de ferijs. in nouis. post Innoc. in .c. fi. ext. de eo qui mitti. in posses. rei seruan. cau. Clarissimū
18 est autem † contumacē diuersis pænis esse subiectū, Bal. in .l. qui crimen. col. i. C. de his qui accusa. pos. Bar. in .l. i. per illū tex. in uer. quid ergo .ff. de uen. inspi. & in .l. consentaneū. in fi. C. quomodo & quā. iud. Ias. in .d. l. sancimus. de iudi. & in .l. 2. col. 2. ff.
19 siquis in ius uoca. nō ierit. Et hinc uidemus † aliquā do cōtumacem pro confesso haberi. ut in .c. 2. de cō fes. in 6. et declarat Bal. in .l. si filius. ff. de interroga.

ac. & in .l.i. nu. 10.C. quō & quādo iud. & in .l. generaliter .§. sed iuramento .C. de iureiu. & in .l. manifestæ .ff. eo. Anto. Capi. decis. 60. in causa testium ante fi. Et hinc † est etiam q non auditur appellās, uel supplicans etiam per uiam restitutionis in integrum .l. post edictū .§. fi. ff. de iudi. & in .§. audient. in auct. de iudici. Rot. decis. 46. de appell. in antiq. nisi refectis prius expensis. Bar. in auth. qui semel. .§. quomodo & quan iud. Bar. & Bal. in .d.l. sancimus. glo. not. in .l. fi. C. ut lite pen. quam approbāt docto. in .c. ex literis ext. de resti. in inte. Imo. in .l. ex cōsensu .§. fi. ff. de appella. col. pen. Boer. q. 206 & uidetur. nu. 8. An. Capi. decis. 139. in causa Hyeronimi. Rota decis. 16. de dolo. in nouis. Et hinc est

20 (at "ante fi. Et hinc † est etiam")

21 † etiam q contumax non auditur excipiendo de pēdentia litis in sui fauorem. Bar. in .l. ubi ceptum. ff. de iudi. Alex. in .l. hoc āplius .§. celsus. nu. 6. de dāno infe. & Fran. Rip. in .l. 2. col. 2. de re iudi. Su

22 pradictas † tñ pœnas & alias quascunq; incurrere dicuntur contumaces ita demum si à parte aduersa corū cōtumacia fuerit allegata. iuxta nota. per Bar. in .d.l. cōsentaneū. circa fi. Bal. Pau. Ias. & cæteros. in .l. properandū .§. & siquidem .C. de iudi.

23 Fauore † tamen paupertatis indulgetur ei qui contumax est, magnaq; paupertate oppressus ad iudicium accedere non potest, ut puta quia est male indutus, uerecundūq; est ei, attenta eius qualitate & agnatione, ita male induto domū exire. in hoc enim casu licet cōtumax fuerit, prædictarū pœna-

rũ patitur nullã. ut inquit Bal. in .l. fi.C. de condi. inser. & Alex. in .l. 2. §. siquis in iudicio. col. i. ff. si quis cautio. per nota. per inno. in .c. ex ratione. ext. de appella. & reassumit Maran. de ordi. iudi. sexta
24 *par. uer. contumacia. nu. 5. Ad quod † ulterius allego tex. in notabili casu in .§. & hinc nobis. ibi aut quælibet necessitas. cum glo. in auct. de hæred. & falci. ubi hæres conficiens inuentarium conuocare tenetur omnes legatarios, fideicommissarios, uel alios creditores hæreditarios, & in subsidium quã do dignitate, etate, uel necessitate aliqua esset impediti debet procuratorem eorum citare, et ibi glo. in uer. necessitas. exemplum ponit in eo qui captus est in uinculis uel latumijs, et in eo qui est nudus, & absq; sui dedecore in publicum comparere non potest. quoniam istis succurritur ut per procuratorẽ compareant, nec ad iudicium uenire compelluntur ut in .l. succurritur. & in .l. in eadem .ff. quibus ex*
25 *cauf. maio. Et † hinc dici solet q̃ nimia paupertas robur conuersationis infringit .c. fina. 12. q. 2.*
26 Et *hinc † etiam dicebat Bar. in .l. uni. in fine prin. .ff. siquis ius dicen. non obtempe. quem ibi sequitur Ias. q̃ mulcta imposita i bi à lege ex causa contumaciæ & inobedientiæ propter inopiam à Iudice minui potest. per tex. in l. illicitas .§. fina. ff. de offi. præsid. in .l. eos .C. de modo mulcta. & per Bal. in .l. acceptam .q. 23. C. de usur. & in .c. at si clerici.*
27 *nu. 16. ext. de iudi. Et alibi uidemus † pauperes homines ob paupertatem excusari, ut non tenean-*

tur in iudicium iurisiurandi recipiendi gratia comparere, quia sicut destinatur notarius à Iudice ad domos egregiarum personarum iuramenti deferendi gratia, ut in .l. ad personas .ff. de iureiu. ita etiã destinari solet ad pauperes quibus propter detritas uestes uerecundum esset domum exire. ut notan. tenet Roma. sing. 173. item quero. ubi asserit ita Romæ iudicatum fuisse authoritate glo. in .c. siqui testium. de testi. quæ relata ad tex. ibi uoluit q͂ Iudex mittere debeat domum testis pauperis, cui uerecundum esset domum exire propter nimiam inopiam, pro testimonio recipiendo. ad quod facit glo. nota. in .l. inuiti. in uer. non possunt post prin. ff. de testi. & glos. fina. iuncto tex. in .l. in eadem .§. fina .ff.

28 quibus ex caus. maio. Et licet Ias. † in .d.l. ad personas. contrarium tenere uideatur, cum non propter paupertatem & uerecundiam, sed propter excellentiam & dignitatem personarum introductũ sit illud priuilegiũ. quæ quidem excellentia siue dignitas diminuta uidetur paupertatis prætextu, iuxta illud Euripi. philo. in hecuba, dicẽtis, scis ne q͂ nobiles quidẽ mortaliũ, dũ pauperes sũt, nõ amplius cla

29 ri exiſtãt etc. Attñ † respõderi potest declarãdo dictũ Roma. pcedere in pauperibus personis egregijs, nã si dubitaretur an destinãdus esset notarius domũ egregiæ personæ pauperis pro iuramento recipiendo determinandum esset pro parte affirmatiua. Cum

30 † paupertas (qcqd dicat Euripi.) aliquẽ nõ reddat uiliorẽ. Bal. in .l. humilẽ uer. no. q͂ pau. C. de ince. nup.

Dec. in .l. ſiquis id quod de iuri. om. iudi. Dũmodo
31 † pauper bonis moribus polleat, quia magis relli-
gio q̃ paupertas in paupere eſt attendenda .c. fina.
32 16.q.1. Et hinc † propter paupertatẽ Ciuitatis non
minui prærogatiuam regni dicebat glo. nota. in .c.
legimus. in uer. paupertatis. 93. diſtin. arg. tex. in
33 .c. ſicut. 96. diſtin. Vel † ſecundo & melius meo iu-
dicio reſponderi poteſt conſiderando ſubtilius, q̃ di
ſpoſitio .d.l. ad perſonas. habet duo capita, primũ
refertur ad perſonas egregias, & hoc non ad pro-
poſitum noſtrum. Secundũ reſpiciens aduerſæ uale-
tudinis impedimentũ, ut patet ibi eosq; qui ualetu-
34 dine impediuntur. Ponderando † copulam, quæ di
uerſa cõiungit. ut nota. in rub. ff. de iu. et fac. igno.
35 Et † ponderando relatiuum cum copula quod augu
mentũ inducit .l. ea tamen adiectio. ubi Bar. de leg.
36 3. Sed quia † homines ualetudinarij, debilitate con
fecti, & paupertate oppreſſi æquiperantur, ut oẽs
ſint excuſandi ſi ad iudiciũ ire nõ poſſint. ut in præ
alleg. c. ſiqui teſtium. idcirco iure optimo adaptari
poteſt diſpoſitio .d.l. ad perſonas ad pauperes quibus
propter detritas ueſtes uerecundũ eſt domũ exire,
37 Vt † equiparatorum eadem ſit diſpoſitio. per nota.
per glo. in .c. ſi poſt q̃ .§. fi. de elect. in 6. et per Bar.
in auth. ſed cum teſtator. col. 2. C. ad legẽ falci. cũ
concor. per Ias. in auth. quas actiones nu. 19. C. de
ſacroſan. eccle. & Mod. Vercell. in .l. prætor. nu. 5.
de reg. iu. Quæ omnia ſunt diligenter notanda pro
intell. & exorna. d.l. ad perſonas. & ut in facti cõ-
tingentia

tingentia possit à cõtumaciæ pœna cliẽtulus excusari.

QVESTIO OCTAVA.

Summaria.

1 Donationis titulus non præsumitur ubi alia coniectura capi potest.
2 Pater tradens aliquid filio censetur magis committere q̃ donare.
3 Si petenti dono decem respondetur, non solũ ista sed omne quod tibi placet in nullo valet donatio.
4 Fatuitas & error magis præsumitur q̃ donatio.
6 Vestes præciosæ missæ à spõso spõsæ an dicãtur donate
7 Soluto matrimonio, restituitur uiro uel eius hæredibus quod Vxori à Viro præstitum est.
8 An legatum factũ per uerbũ dono in testamento ualeat ut legatum an ut donatio inter uiuos.
9 Verba testatoris interpretantur secundum naturam actus ad quem testator se parauit.
10 In testamentis donatio inter uiuos fieri potest.
11 Interpretatio hæredibus fauorabilior facienda est.
12 Testator cẽsetur grauare hæredẽ minus q̃ sit possibile
13 In legatis locus est falcidiæ & pœnitentiæ.
14 Secus in donatione inter uiuos.
15 Intell et declaratio glo. in .l. hæredes.§.fi.ff. de testa.
17 Idẽtitas rationis idẽ debet opari in uno casu qđ in alio.
18 Legatum factum in testamento per uer. dono. q ualeat ut donatio.

Verba capiuntur in potiori significatu.

19 Ver. dono adaptatum ad legatum non requirit præsentiam legatarij.
20 Forma dat esse rei.
21 Donatio nō præsumitur in dubio secus in claro.
22 In claris non est opus coniecturis.
23 Legatū præstitū à testato. ante eius mortē, fit irreuo.
24 Legatū præstitū à testatore nō reqrit aditionē hæred.
25 Falcidia nō detrahitur ex legato à testatore soluto.
26 Diues præsumitur ī dubio donare paupi rēmodi.ualo.
27 Diues debet libēs pauperi dare, et paup liben. accip.
29 Diues debet gratis pauperi dare, et paup gratis acci.
30 Donatio facta absenti & ignoranti non ualet.
31 In cōtractibus requiritur pro forma duorū cōsensus.
32 Donatio pauperibus pro eorū neccessitatibus facta ualet etiam si nemo pro eis recipiat.
33 Actio pro legato facto pauperibus cōpetit Ciuitati uel Episcopo, uel administratoribus xenonis ciuita.
34 Episcopus dicitur donationū ad pias causas exequutor. Et in dubio distributio per Episcopū est faciēda.
36 Episcopus exequutor ob dignita. Epi. p aliū agere dз.
37 Illustres personæ per alios agere debent.

PRIMVM SPECIALE. IN CONTRACTIBVS.

1 ¶ Octauo Quæro quibus fauoribus & specialibus gandeat paupertas in contractibus? Et respondeo q pariter q̄ pluribus, Et primo fauorabilis est in materia donationum. Nam & si donationis titulus non præsumatur quoties alia coniectura q̄ dona-

tionis capi potest. ut in .l. campanus.ff. de ope. liber. & in .l. cum de indebito .ff. de proba. et in .l. si cum aurũ. & in .l. dispensatorẽ. & utrobiq; per Bar.ff. solutio. per Bal. in .l.i.C. ad trebell. Aret. in .l. si pro curatori. nu. 11.ff. de cõdi. causa da. Alex. in .l. sena tus.§. marcellus. de leg.1. & in .l. si & ususfructus.§. dos legata.nu.4.ff. ad legẽ fal. et in .l. quæ dotis col.i. .ff. so. ma. & in .l. 2.§.1. in fi.ff. de uer. obl. Ias.in .l. .1.§. deniq;. nu. 13.ff. ad trebel. & in præludijs feu. nu.12. Afflic. decis.44. de tribus. nu. 24. & decis. 80 fuit nu.4. Dec. in cons. 402. in causa Illustriß. Principis. nu.6. Corn. lib 2. Cons. 145. in hac col. pe. Anto. Capi. decis. 180. in causa Ill. nu.11. et seq. Tiraq. plures concordan. cumulans in repe .l. si unq̃. in uer. donatio. nu. 169.C. de reuo. dona. Et hoc est
2 adeo uerũ q̃ si pater tradit aliquid filio, potius cen setur cõmittere filio, q̃ donare. Bal. in .l. exequutorẽ nu. 32.uer. & unũ scias.C. de exeq. rei iudi. & in .l. filiæ cuius. nu.5. & in .l. filium. nu. 30.C. fami. hær ci. & in auth. ex testamento. nu. 4.C. de colla. Dec. in .l. si. donatione. col. pen. uer. tertius casus.C. eo. Mars. notab. 57. nõ præsumitur. Vbi inter cætera
3 elegãter inquit † q̃ si tu à me petis ut ego aliquid ti bi donẽ & ego respõdeo nõ tantũ istud sed quicqd tibi placet, per hæc uerba nõ dicitur facta donatio etiã rei petitæ, quod asserit fuisse singula. dictum. Bal. in .c. cum uenissent. circa fin. extra de institu. quod pro singula. celebrat Roma. in rub.ff. de Arbitr. col.2. Alex. in .l. ita stipulatus. nu. 5. de uerb. obli.

& Ias. in .l. dedi.§. si liber. nu. 8.ff. de condi. causa
4 da. Et hinc † dicebat notabiliter Bal. in .l. genera liter. col.3.C. de non nu. pecu. quod potius fatuitas præ sumi debet quam donatio. & sequitur. Ias. in .l. ex hoc iure. nu. 57.ff. de iusti. & iu. & Ioan. Bologne. in .l.
5 cũ quid. nu. 62.ff. si cer. peta. Et potius † præsumi tur error quam donatio. glo. & Doc. in .d.l. generaliter. Dec. in cons. 350. uisis. col.3. & in cons. 402. in causa Illustriss. Principis. col. 3. uer. primo nõ obstat. & Gramma. decis. 63. in causa magnifici Tibe
6 rij. nu.3. Et hinc est † etiam quod quando sponsus mittit sponsæ zonas, margaritas, uestes preciosas & similia ornamenta, licet portantes & præsentantes sponsæ ex parte uiri dicant ex cõmuni usu loquendi, sponsus tuus hæc tibi donat, non tamen est uera & propria donatio, sed magis concessio ad usum, ut ipsa honestius & ornatius incedere poßit, ut est nota. tex. in .l. mortis suæ causa .§. si ff. de dona. int. Vi. & Vxo. per quem ita tradit Bar. in .l.i.§. nec Castrẽse. nu.10.ff. de colla. bono. Bal. in .l. si ut certo.§. interdũ. per illum tex. ff. cõmoda. & in .l. cum te. col.i.C. de dona. an. nup. Ang. in cons.251. Nicoletus. Corn. lib.i. cons. 81. primus. col. 2. ubi testatur hanc esse cõmunem sententiã. cum concor. per Hiero. Cagno. in .l. cõtractus. nu. 40.ff. de reg. iu.
7 Et † effectus qui sequitur ex hoc erit iste quod soluto mat. debebit restitutio fieri uiro uel hæredibus eius ar. not. per. Bar. in .l. pe.§.i.ff. so. ma. & in .l. ex annuo. & in .l. si mulier .§. si uir. ff. de do. inter Vi.

et Vxo. et Alex. in .l. si uero. §. seruus. nu. 3. ff. solu. ma. & ita in terminis consuluit Corne. lib. i. cons. 81
8 primus. col. 2. & seq. ¶ Et † per hanc regu. dum in primis annis interpretarer in Perusina Accademia ti. insti. de lega. in .§. i. comprobabā sententiam Io. Fab. in ea. q. An legatum in testamento factū per uer. dono, alicui præsenti & recipienti ualeat ut donatio inter uiuos & sic sit irreuocabilis, an uero ut legatum quod usq; ad mortem quādocūq;, reuocari potest. ut in .l. 4. ff. de adi. lega. & in .c. cum martæ ext. de cele. missa. Fab. enim tenet, q ualeat tanq̄ le
9 gatum quia † in dubio sermones sunt interpretādi secundum statū & materiam ad quam se testator pa rauit .l. sed si possessori .§. item si iurauero .ff. de iureiu. & nota. in .l. i. §. si autem .ff. de hæ. insti. & in .§. plane. insti. de mili. te. sed testator parauit se ad conficiendū testamentū in quo legata fiunt etiā per uer. dono .l. 2. C. communia de lega. ergo. et c. Sed
10 huic fundamento † respondebā q licet testator parauerit se ad testandū; tamen etiam in testamentis donationes aliq; cōtractus fieri possunt. ut per Bar. & omnes in .l. hæredes .§. fi. ubi Alex. ad Bar. testatur hanc esse cōmunem sententiā .ff. de testa. Bar. in .l. cum quis decedēs .§. codicillis. de leg. 3. cum cō cor. per Mod. Vercell. in .l. uinum. nū. 35. ff. si cert. peta. unde etiam si interpretemur eam esse donationem, erimus nihilominus in materia ad quam testator se parauerat. Pro hac tamē sententia Io. Fab. quā tenuit etiā Corn. lib. 4. cons. 273. dubia. col fi.

facit, nam ubi alia cōiectura q̄ donationis potest ca pi, cessat præsūptio donationis .d.l. cāpanus. cum cōcor. de quibus supra, sed hic potest capi titulus le gati, & q̧ testator legare uoluerit. merito. et c. Itē
11 facit † quia in dubio ea interpretatio in ultimis uolū tatibus est faciēda, quæ hæredibus fauorabilior est, .l. si ita sit ascriptū. de leg. i. l. nūmis. de leg. 3. l. placet de dote præle. & .l. Vxor patrui. C. de lega. Quia
12 † testatores cēsentur uoluisse hæredes suos grauare minus q̄ sit possibile .l. unū. §. si rem. de lega. 2. d. .l. nūmis. de leg. 3. Soci. Iuni. lib. 3. cons. i. nu. 5. Gon za. cons. 82. in causa mihi transmissa. nu. 11. Sed
13 † fauorabilior interpretatio est q̧ ualeat ut legatum quia in eo falcidiæ locus esse potest. iuxta no. in l. i. .ff. ad .l. falci. & insti. eo. in prin. reuocariq; potest á testatore. d. l. 4 ff. de adi. lega. & .l. cum hic status
14 .§. ait oratio. de do. int. Vi. & Vxo. Quæ † quidē omnia in donatione inter uiuos cessāt, in qua neq; fal cidiæ locus est neq; penitētiæ .l. aristo. de dona. & .l. ubi ita donatur .ff. de dona. causa mor. cū cōcor. per Corn. lib. 3 cōs. 102. licet clarā. post prin. merito. etc.
15 Vltimo † pro hac sententia Fab. inducit glo. fi. in d. .l. hæredes .§. fi. in fi. ubi quærit an in testamentis fieri possit uenditio uel donatio, & sic quid si testa tores dicant uendo uel dono, an ualeat uenditio, uel donatio? & respōdet glo. q̧ ualet uēditio, & de do natione nihil dicit, supponens secundum Fab. q̧ illa ualeat in dubio ut legatū. qđ est donatio .l. legatum.
16 de lega. 2. & .§. i. insti. eo. Sed ista † inductio non

placet, quia præsupositum quod sit, de neccessitate non concludit, nam cum in testamentis & legata & donationes inter uiuos & cæteri contractus inseri poßint, respondens glo. quid sentiat de contractu uenditionis ex identitate rationis idem censetur etiã de alijs respondere, unde sicut in testamento ualet uenditio ut contractus, ita etiã donatio inter uiuos ut contractus pariter ualere debet & non ut lega-
17 tũ, Vt † identitas rationis idẽ operetur. ar. l. illud. ff. ad. l. aq. et. l. atitio de uer. ob. et ut una eadẽq; determinatio respiciens plura determinabilia, ea pariformiter determinare dicatur. ar. l. iam hoc iure. ff. de uulg. & l. quamuis. C. eo. Quamobrẽ Are.
18 † in. d. §. i. tenebat contrariam sententiam q̧ scilicet ualeat tanq̃ donatio inter uiuos quia proprie uerb. dono, ad simplicem & ueram donationem inter uiuos refertur. l. i. ff. de dona. & uerba indubio in priori significatione capi debent. iuxta nota. in. l. 3. § hæc uerba. de neg. gest. in. l. i. §. si is qui nauem. de exercito. in. l. 3. in prin. super glos. prima. ubi
19 Alex. Iás. & Moder. ff. de acquiren. posses. Item † quia licet uerb. dono. adaptari poßit ad legatum attamen tunc non est neccessaria præsentia partis. l. cum pater. §. surdo. de lega. 2. sicut in donatione est neccessaria. l. inter mortis. ff. de donatione causa mortis itaq; propter præsentiam donatarij. arg. l. si quando. de lega. i. & in. c. si papa de priui. lib. 6. cum concor. per Tiraq. de retrac conuen. §. i. glosa 2. nu 43. et in tractatu, nihil frustra, dicendũ est hãc

magis iure donationis q̃ legati ualere, & cum requisita in donatione magis habeat q̃ requisita in le-
20 gatis, & forma † sit illa quae dat esse rei .l. iulianus .§. sed & siquis. & ibi Bal ff. ad exib. & in .c. cum dilecta. ubi Fely. ext. de rescrip. haec autem dispositio formam donationis inter uiuos habeat tum propter praesentiam donatarij tum propter acceptationem quã donatarius praesens facit. ut habetur in .l.1.ff. de dona. merito potius donatio iudicanda est
21 q̃ legatum. Nec obst. q † donatio non praesumitur, nam id procedit in casu dubio, iuxta tot. per glo. in .l. uni .§. accedit. in uer. praesumitur. C. de rei uxo. ac. nos sumus in casu claro in quo euidẽter apparet proprie donationem esse propter uerborũ proprie
22 tatẽ, & formã supradictã. In claris autẽ † nõ opus est conjecturis .l. continuus .§. cum ita de uer. obl. et per glo. in .c. ad audientiã. ext. de homi. ergo. et c.
23 Vltimo † non obst. q si interpretemur hanc dispositionem in uim legati fauorabilior erit interpretatio pro haeredibus quos testator grauare uoluisse ut detur minus q̃ fuerit possibile, quoniã respondetur q legatum praestitum à testatore ante eius mortem fit irreuocabile, & in eo cessat falcidia; itaq; nõ est uerum q interpretatio ista fauorabilior sit pro haeredibus, primum tenet Dyn. in .l. legatum. de leg. 2. quem sequitur Bar. ibi quando testator simpliciter praestitit nulla facta mentione legati quia tunc censetur tradidisse pro legato & interim se uiuente donasse ideo reuocare non poterit .l. aristo. de dona.

& Rota Neap. per Afflic. decis. 275. testator. nu. 6. & Paul. Castren. in .l. lucius. de leg. 2. ubi etiam
24 inquit Bal. in fin. q̃ † huiusmodi legatũ aditionem hæreditatis nõ requirit cũ notißimos legati fines ex cedat, ar. not. in .l. cum pater. §. mater. eo. tit. ex
25 quo correlarie † probatur secundũ uidelicet q̃ nec ex eo falcidia erit detrahenda, tum quia fuit spõtè facta solutio, arg. tex. in auth sed cum testator. C. ad .l. fal. & quod semel placuit. et c. .c. quod semel. de reg. iu. in 6. tum quia in actum inter uiuos tran siit .l. ubi ita donatur. ff. de dona. causa mor. tum ẽt quia hæreditatem post testatoris mortem nõ minuit itaq; detractionis falcidiæ ratio cessat. & ita tenet Bar. in .d.l. legatum. de leg. 2.
26 Cæterum † ut ad rem nostrã redeamus, & si regu lariter titulus donationis nõ præsumatur ubi alia cõ iectura potest haberi. Id tamen inquibusdã casibus paupertatis fauore nõ procedit. ut in nota. casu dẽ quo per Bar. quem alij cõmuniter sequuntur. in .l. cum quid. nu. 11. ff. si cer. pe. Vt puta si diues ho mo dicat pauperi; accipe hanc pecuniam eamq; pau peri tradat, & ignoretur quo animo tradat, isto casu licet de expressa loquentis mente non constet; si tradens sit diues, & recipiens pauper, resq; sit modici ualoris, præsumitur donandi animo tradi disse, pariterq; respectiue recepisse, ut & determi nat Abb. in .c. & si questiones. per illum tex. nu. 3. ext. de simo. & Pau. Castr. in .l. si fundum. la. 2. in prin. nu. 3. de lega. i. et Frã. Rip. in .l. 2. in prin. nu.

24.ff.si cer. peta. glos. nota.in.l.si filij tui in glo.
27 .i.in fin.C.de dona. inter Vir. & Vxo. Ad quod † guidem facit quia diues debet libens pauperi donare. ut in §.sinimus. in auct. de non alie. & per glo. in .l.sed si ego. in uer. donat. in fi.ff. ad uelle. & in .c. omnis. 7.q.i. et per Corne. lib.i. cons. 81. primus.
28 col.i. Pauper uero † libenter recipere .c. reuertimini
29 ni. 16.q.i. Item † diues gratis dare, & pauper gratis accipere .c. gratia.i.q.i. glo. in extrauag. uni. in uer. liberaliter. de sen. excom. in extrauag. Io. 22.
30 Et ĩ hac donationis † materia, alia quoq; priuilegia paupertati reperiũtur cõcessa, nã & si donatio facta absẽti & ignorãti non ualeat, & nil sibi quaratur ex ea .l. absenti .ff. de dona. & .l. qui absenti.ff. de acqui. poss. & Capell. Tolos.q.383.incip. An donatio. Cum donatio sit contractus.glo. et Bar. in .l. in ædibus.§.i.ff. de dona. glo. & Bal. in .l. 2.C. de cõdi. ob causam. glo. & Bar. in .l. iurisgen. in prin.ff. de pac. Bar. in .l. fi .ff. de condi. causa da. Pau. Castren. in .l. si donatores.C. de his quæ ui met. ue causa. Et nota. in .l. hæredes.§. fina.ff. de testa. In cõtractibus
31 autem † pro forma requiritur duorũ aut pluriũ consensus .l.i. in prin.ff. de pact. .l. quinta .§. stipulatio. de uer. ob. et .l. sicut.C. de actio. et ob. et insti.
32 de emp. & uendi. in prin. nihilominus si quis † donauerit pauperibus indigentibus propter urgentem uictualium inopiam eamq; causam in contractu donationis expresserit etiam si nemo ex parte pauperum sit præsens qui pro eis recipiat, ualebit do-

natio. ut mirabiliter tenet Io An. ad spec. in tit. de instru. editio. §. nunc uero aliqua. uer. sed an pauper. & refert Barba. in .l. illud. ad Bal. in uer. certum .C. de sacros. eccles. & Soci. regu. 107. donatio in secunda fallen. uidetur enim facta deo praesenti et pro pauperibus recipienti. Por. in .§. incertis. insti. de lega. iuxta illud. Iupiter est quacunq; uides quacunq; moueris. Actio † autem cōpetet pro his pauperibus huiusce donationis uigore toti Ciuitati, ut pote in honorem Ciuitatis isthaec donatio facta censeatur. ut in .l. Ciuitatibus. post prin. de leg. 2. Bar. in .l. si quid relictum. de leg. i. & in tracta. Alimen. col. fina. uer. quaero relictum est aliquid. et c. Abb. in cons. 32. casus contingentia. col. i. par. i. Vel Episcopo ipsius † Ciuitatis qui donationum ad pias causas dicitur exequutor. in .l. si quis argentum .§. fin. .C. de dona. repraesentans pauperum personas cle. quia contingit de reli. domi. Boer. q. 39. & circa. col. i. Ita tenet Abb. in .c. si haeredes. col. 2. ext. de testa. & Capel. Tolos. q. 89. si aliquis faciat testamentum. in fin. Itaq; nisi dictum sit per quos fieri debeat distributio, per Episcopum facienda erit .l. nulli. C. de Epis. et cler. et in .§. sin aūt. de eccle. titu. et per Bar. in .l. unū .§. rogo. de leg. 2. Vel actio cōpetet † administrationibus xenonis illius Ciuitatis ueluti pijs & religiosis personis quae causas pauperū debēt sēper prae oculis habere, et diligētissime tutari, et exequi. per nota. in .l. si qs ad declinādū. C. de Epi. et cle. Bene † uerū est q qñ exequeretur Episcopus

33 (at "cunq; moueris")

propter dignitatē non ipse in iudicio agere, sed per alium eius nomine debet. ut in .c. Episcopus. 88. distin. & per glo. in .c. peruenit. 84. distin. Quod nō
37 tantum Episcopis, Verum † etiam quibusdam alijs quoq; personis concessum esse uidemus. ut in auct. ut ab illustri. & qui super ea. digni. per tot. & per Ias. in .l. pen. C. de procu.

Summaria.

1 Dotis causa semper est precipua. constituiturq; pro oneribus matrimonij & nu. 5. & seq.

2 Maritus cōmodum debet cū incōmodo cōpensare.

3 Maritus nō tenetur alere uxorē donec dos sibi promissa, nō fuerit soluta. Nisi mulier sit in obsequio uiri.

7 Dos soluto matri. restitui debet mulieri uel eius hæredibus, dūmodo matri. nō sit eius culpa solutum.

9 Dos restituitur mulieri etiam si pactū sit alternatiue q̃ mulieri aut dotanti reddatur.

10 Stipulatio dotis impersonaliter prolata fauore dotis tam pro stipulante q̄ pro muliere facta censetur. lz secus sit in alijs stipula. impersonaliter conceptis.

12 Pater paciscens sibi dotem so. ma. restitui, nō habet tacitam stipulationē. licet secus quando mulieri pactum est dotem restitui.

14 Maritus inops qui so. ma. ad restitutionem dotis tenetur, eatenus quatenus facere potest, condemnatur. nisi ex maleficio conueniatur.

16 Maritus inops succedit Vxori diuiti in matrimonio præ defunctæ.

17 *Vir & Vxor ad imparia non iudicantur.*
18 *Vir & Vxor sunt correlatiua.*
19 *Vxor inops succedit Viro diuiti prædecedenti.*
20 *Maritus tenetur Vxorē inopem alere, licet ab ea nullam dotem receperit. quando non habet aliūde se alat, & operatur uiro.*
23 *Opera diurna Vxoris cedit lucro uiri.*
24 *Vxor tenetur ad obsequia uiro, & si nō præstitit', quia artificio operam dedit, Viro partem lucri dare tenetur.*
25 *Mulier non debet ali à Viro dote promissa nō soluta nisi mulier & eius pater pauperes sint.*
26 *Socer tenetur genero solum in quantum facere pōt.*
27 *Vxor diues Virū inopē & filios coēs alere tenetur.*
28 *Dos licet detur marito ut semper sit apud eum, tñ ob inopiā Viri redditur Vxori. Vbi etiā an illa aßignatio dicatur proprie restitutio. nu. 29.*

SECVNDVM SPECIALE IN CONTRACTIBVS.

1 *Secundo fauorabilis est † paupertas in materia dotium nam & si dotis causa sēper & ubiq; præcipua esse dicatur. ut in .l.i.ff. solu. ma. Constituaturq; matrimonio ut ex eius fructibus maritus teneatur subire onera matrimonij .l. pro oneribus .C. de iure do. .l. dotis fructus .ff. eo.l. in insulā .§. usuras. & .l. de diuisione. ubi glo. Bar. & alij .ff. solu. ma. & in .c. salubriter. ext. de usur. & per Bar. in .l. si socer .ff. de dote prælega. per Pau. Cast. in .l. si cum dotem.*

.§. *transgrediamur. nu. 7. ff. solu. ma.* Cagno. *in .l.*
omnis diffinitio. nu. 48. *de reg. iur.* & Corn. *lib.* 2.
2 *cons.* 163. *Viso. col.* 2. Commodumq; *cum* † *incom*
modo compensare .l. secundum naturam .ff. de reg.
iur. l. cũ qui in prin. de iureiur. & *in .§. pen. insti.*
de legi. agna. tutel. & *in .§. placebat. in fi. insti. de*
legi. agna. success. & *per Corn. lib.* 2. *cons.* 72. *uide*
3 *tur. col. fi.* Qua *ratione* † *si dos promissa uiro non*
fuerit soluta, quamdiu dos non sit soluta, uxorem
alere non teneatur .§. fin. cum glò. in uer. onera. in
auct. de non eligen. secundo nuben. et in .l. fina. ubi
Bal. & Pau. C. *ad uelleia.* Idem Pau. *Castr. in .d.l.*
in insulam .§. usuras. ubi eam glo. ad hoc dicit esse
singularem. & Ias. *in .l. si donatarius .§. siquis inde*
bitam. ff. de condi. causa data. & Abb. *in .c. per ue-*
stras. ext. de dona. inter Vir. & Vxor. & *Corn. in*
cons. 240. *in præsenti. lib.* 3. & Boer. *q.* 22. *dico.*
4 *in prin. nisi* † Vxor *fuerit in obsequio* Viri. Bar.
in .l. quod in Vxorem .C. *de nego. ge.* Soci. Iuni. *lib.*
3. *cons.* 114. *non est dubium. nu.* 42. & Gramma.
5 *decis.* 103. Ill. *nu.* 26. Constituaturq; † *dos ueluti*
proprium mulieris nubentis patrimonium l. Pom-
ponius philadelphus .ff. fami. herci. l. 3. *§. sed utrum*
in fin. ff. de mino. Bal. *in .l. fina. in fi.* C. *de senten.*
quæ sine cer. quanti & *in .l. si dotem .C. de falsa cau*
sa adiect. & *in .l. deniq; .§. sed utrum. de dolo.* Ias.
in auth. nouissima. nu. 46. C. *de inoffi. te.* Alcia. *in*
.l. 2. *nu.* 7. *ff. solu. ma.* Corn. *lib.* 2. *cons.* 26. *hæc*
consultatio. col. i. in fi. & Rota *decis. iam de dona. in*

6 antiq. Et † ueluti sequela matrimonij .l.3.ff. de iure do. Bar. in .l. cum multæ .C. de dona. propter nup. Afflic. decis. 226. serenißimus. nu. 7. dicaturq; nec cessaria ad substinenda onera matrimonij, sicut ad maritādam mulierem. Bar. in .l. nupta ff. solu. ma.
7 Et soluto † matrimonio ipsi met mulieri, si superuiuat, alias eius hæredibus sit restituenda .l. 2. in prin. cum ibi nota. ff. solu. ma. & pro regula Corn. lib. 3. cons. 224. licet. col. fina. siue matrimonium solutum sit morte alterius cōiugū ut in .§. deinceps. in auct. de nup. siue solutum sit solummodo quo ad thori separationē, ut in .c.i. ext. de dona. inter Vj. & Vxo. siue diuortio .l. consensu .C. de repu. dūmo
8 do † diuortium non sit mulieris culpa factum ut .l.
9 lucius .ff. solu. ma. Et q; soluto † matrimonio dos restituatur mulieri, ut supra, uel eius hæredibus in tantum procedit q; etiam si in constitutione uel datione dotis adiectum fuisset pactū alternatiue q; dos eueniente restitutionis casu redderetur mulieri aut dotanti, nihilominus dicto casu eueniente restitutio non dotanti sed mulieri est faciēda. ut est bonus tex. in .l. caius. ubi etiam not. Bar. ff. solu. ma. Ias. in .l. cū quidā. in 6. limita. C. de uer. sign. Fely. in .c. inter cæteras. ext. de rescrip. & pro mirabili & singu. dicto Nicol. Euer. in cētu. in loco à natura alternatiuarū in secūda limita. secūdæ formæ illius argu. Et hic
10 est etiā fauore † mulieris inductū q; qñ sumus in stipulatione reddēdæ dotis et pater stipulatus est impersonaliter dotē restitui nō adiecta psona cui intelligitur

patrem tam sibi q̃ filiæ suæ stipulatum fuisse. ut ele gan. tradit Bar. in .l. post dotem. col.1. in 3. intel= lec. ff. solu. ma. quem sequuntur cõmuniter alij ut in quit Corn. lib. 3. cons. 138. uiso puncto, col.1. in fin.
11 Quamuis † alias stipulatio in uerbo impersonali cõ cepta ex parte stipulantis ualeat quia sibi stipula= tus censetur. ut in auth. si quando. ubi Petr. Bar. et Bal. C. de consti. pecu. Bar. in .l. stipulatio ista habe re licere. §. siquis ita. & in .l. si ita stipulatus fuero.
12 .§. Chrisogonus de uer. obli. Et hinc est etiam † q. licet quando pater simpliciter paciscitur sibi soluto matrimonio dotem restitui, non subintelligatur taci ta stipulatio qua casu eueniente experiri ualeat .l. auia .C. de iure do. & .l. quoties. ff. solu. ma. Si q̃n
13 tamen † pater pacisceretur soluto matrimonio resti tui dotẽ mulieri, bene subintelligeretur talis stipu= latio tacita fauore ipsius mulieris cui dos regulari= ter est restituenda. ut in .l. uni. in fi. prin. & in .§.1. .C. de rei Vxo. actio. per quem tex. ita dicit notan. Bal. nouell. trac. de dotibus. in 4. par. prĩcipa. nu. 7.
14 Cæterum † & si prædicta uera sint & regulariter sibi uendicent locũ, Paupertatis tamen priuilegio in troductũ est q. si maritus soluto matrimonio inops sit & non habeat unde totam integrãq; receptã do= tẽ mulieri uel eius hæredibus restituere poßit, uel si eam penitus restituat mẽdicare cogatur ut sibi ui ctũ quærat, à plenaria restitutione excusabilis sit, et eatenus restituere teneatur quatenus facere poßit deducto ne egeat. ut est tex. expreß. ubi etiam glo. & doc.

& doc. in .l. maritū ff. solu. ma. & in .l. uni. §. cum autem C. de rei Vxo. actio. iuncta .l. in condēnatione. in prin. de reg. iur. & Rota Neap. per Afflic. decis. 222. dictat cōsuetudo. & Amancll. sing. 183. item nota. q̃ maritus. quod quidem priuilegium ēt ad filios transit .l. etiam. ubi etiam Bar. ff. solu. ma. & per glo. in .d.l. maritum. pater enim & filius eadem persona censetur .l. fin. C. de impube. & .§. ei uero. insti. de inuti. stipula. Prædicta tamen procedunt

15 † quando maritus aut filij ex contractu dotis cōuenirentur quia secus esset si actione aliqua ex maleficio descēdēte prouocarētur. ut in .§. itē si de dote ubi Aret. late. insti. de actio. & in .l. si rerū amotarū. & in .l. nō tantū. ubi glo. & doc. ff. de re iudica.

16 Et hinc † uidemus q̃ ob paupertatē subuenitur etiam aliter marito inopi superstiti, ut scilicet succedat uxori diuiti in matrimonio prædefunctæ, iuxta dispositionem & computationē tex. in .§. quoniam uero ad clementiā. in auct. de exiben. & introdu. reis. & in .§. quia uero legem il secūdo. in auct. ut liceat matri & auiæ. & habetur. per glo. Bar. Bal. & doc. cōmuniter. in auth. præterea .C. unde Vir & Vxor. & Cyn. & Saly. in .l. licet. per glos. primam ibi. C. de iure do. Et quoniā Vir & Vxor.

17 † ad imparia iudicari non debent .l. generaliter. in prin. C. de secun. nup. & in .d.l. non tantū. & in .l. fina. ubi glo. & Bal. C. de repud. Cum correlatiua

18 † esse dicatur. Roma. sing. 605. tu habuisti. nu. 2. idcirco sicuti diximus inopem uirum superstitē uxo

19 ri suæ diuiti prædefunctæ succedere ita ēt ecōuerso † si maritus sine dote uel parua dote contentus duxisset Vxorem inopem & Marito in matrimonio prædecedēte mulier superstes ipsi pariter succedere posset, ut in dictis iuribus & ita consuluit Corn. in fortioribus terminis. lib. 2. cons 178. in hac. Et con-
20 stāte † matrimonio tenetur maritus eam alere quāuis nullā dotem fuerit cōsequutus eo quia nulla fuerit sibi promissa .l. qđ si nulla .ff. de relligio. et sumpti. fune. glo. in .l. fina. C. de diuor. quā ad hoc allegat Amanell. nota. 134. glo. est. & idem tenet Bar. in .l. si constante. col. fina. nu. 103. & in .l. si cum dotē .§. sin aūt in feuißimo. ubi etiam Alex. & alij. ff. solu. ma. & Capel Tolo. q. 87. si Vir in addi. Quod
21 sanè † intelligendū est nisi mulier habuerit aliūde sēalat. Bar. in .l. quod in uxorē .C. de nego. ge. Corn.
22 cons. 145. in hac consulta. col. 3. Et † ita demum si operetur uiro. Bar. in tract. alimentorū prope fin. per glo. nota. in .l. sicut. ff. de ope. liber. quā appbat Bal. in .l. aßiduis. col. 2. C. qui potio. & Abb. in .c. literas. col. fina. ext. de resti. spolia. & Corse. nota. In uer. uxor. intelligēdo de operibus uxoris secundū eius qualitatē cō decentibus. per no. per Bar. in .l. di-
23 uortio. in prin. ff. solu. ma. Et opera † diurna uxoris est ipsius uiri & eius lucro cedit, ut not. Bal. in .l. si uxorem. nu. 6. C. de condi. inser. & in .d. l. aßiduis in prima col. Ias. in .l. i. in prin. C. de lega. &
24 Afflic. decis. 44. de tribus. nu. 30. Nam † ex quo tenetur ad obsequia uiro quæ propter operā quam

alicui artificio dedit, non præstitit, in recompensationem, illius operis lucrum uiro communicare tenetur habita consideratione temporis uiro subtracti ut post Abb. in .d.c. literas. tenet D. Benedic. Capra in cons. 72. cum uiso. col 6. & Fran. Rip. lib. responsorum. 3.c.4. incipi. licet plura dubia. nu. 4. & clarius pet. Gerar. sing. 99. inter uirum. nu. 4. & seq. ubi inquit Sæpius responsũ fuisse de facto in his mulieribus quæ exercẽt se in arte texẽdi ut ꝓpria lucra sint uxoris, habita tñ cõsideratione tẽporis uiro subtracti, quo ei debuit inseruire. ut in.d.l. sicut.

25 et .l. assiduis.C. qui potio. Et licet † regulariter dote uiro promissa et non soluta mulier interim, à uiro ali nõ debeat, ut supra diximus, attñ ubi mulier uel eius pater qui pro ea dotem promisit pauper esset, dotemq; soluere non ualeret, mulier tunc à marito

26 non inope ali debebit, quia tam ipsa † q̃ pater eius tenetur tantummodo in quantum facere potest & non ultra. Cuma. in .d.l. si cum dotem .§. maritus. solu. ma. Alex. in .l. si donatarius.§.1. in prin ff. de condi. causa da. Guid. Pap.q. 439. an. uir. in fin.

27 Sicuti † econtra cum maritus est pauper constante matrimonio, nec, unde se alat, habet, uxor uero est diues tenetur ex fructibus aliorum bonorum suorum, etiam ultra dotis fructus, uirũ suum cum filijs communibus alere. ut est tex. expreß. in .l. ubi ad huc.C. de iure do. & tenet Spec. in tit. Qui filij sint legi.§.1. uer. quid si mulier. Bar. in .l. si constante. in fin. prin. ff. soluto matri. & in tracta.

28 alimentorũ prope finem. Et hinc † etiam uidemus in materia q & si dos detur marito ea mẽte ut perpetuo sit apud eum id est durãte matrimonio .l.i.ff. de iure do. propter paupertatem tamen Viri abutentis substantia sua fit restitutio dotis mulieri etiã constante matrimonio, ut in .l. si constante .ff. solu. ma. & in .l. in rebus ante fin. C. de iure do. Bal. in .l. præses .C. de serui. & aqua. Nico. Boer. q. 328. & quantum ad primum. col. 2. Et illa aßignatio dici-
29 tur † propriè restitutio. secundũ Soci. in cons. 292 circa primum. & tenet Dec. in cons. 45. q supra ma. col. prima. Sed quoniam pro oneribus matrimonij sicut antea seruire tenetur. d. l. ubi adhuc. uer. ita tamen. & per Ias. in d.l. si constante. col. fina. nu. 235. ideo an id uerum sit subsisto.

Summaria.

1 Pater tenetur dotare filias etiam si nuptæ fuerint.
3 Et ad id ex dispositione legis tenetur, & officio iudicis cogi põt. quia quasi debitor filiæ dicitur in dote.
6 Pater de iure Can. tenetur dotare etiam filias naturales. licet secus sit de iure ciuili.
8 Pater dotans filias, dicensq; de bonis filiæ se dotare de bonis tñ ipsius met patris dotasse censetur.
10 Negociorum gestor explicans actum ex persona sui principalis et soluẽs cẽsetur animo repetẽdi soluere.
12 Pater non potest ex bonis maternis dotare filiam sine consensu matris.
13 Pater dotans filiã, ad quid debeat habere respectũ.

14 Pater tenetur rursus dotare filiã quæ dotẽ ammisit sine dolo suo. licet secus sit in alijs qui dotare tene.
16 Pater inops excusatur si ob inopiã nõ põt filiã dota.
17 Mater diues tenetur dotare filiam inopẽ, patre pau pere existente Quod fallit quando pater haberet ipse patrem idoneum quia tunc tenetur auus con templatione filij dotare neptem.
19 Frater tenetur dotare sororem inopẽ patre, & ma tre inope existente.
20 Frater clericus non releuatur ab onere dotandi so rorem inopem.
21 Clericus de redditibus ecclesiæ cõsãguineos alere põt.
22 Quilibet tenetur potius suis q̃ extraneis subuenire.
23 Ancta. laudauit exequutores qui in suos consangui neos distribuerunt.
24 Dicũtur pauperes ad effectum ut dotare nõ teneantur pater, mater, & fratres, quãdo dotando non superesset eis tantum quod uiuere possent.
25 Et cõsideratur qualitas status dotãtis & suorũ mini.
26 Priuilegiũ alicui cõcessũ extẽditur ad eius ministros.
27 Pauperũ appellatione ueniũt ẽt seruiẽtes pauperibus.

TERTIVM SPECIALE IN CONTRACTIBVS.

1 ¶ Tertio fauorabilis est Paupertas † in eadem ma teria dotium, in qua alio quoq; gaudet priuilegio, nam et si paternum officium sit dotes filiabus in eius potestate existẽtibus cõstituere .l. fina. C. de do. pro miss. glo. in .l. tum post. §. gener. in uer. placuit .ff.

de iure do. in .l. neq; mater .C. eo. & in l. cum plu res .§. pen. in uer. alio .ff. de admi tuto. Bar. in .l.i.
2 nu. 11.ff. solu. ma. Etiam si † nuptæ fuerint. glo. in .l. obligamur .§. lege quam sequitur Ange.ff. de ac tio. & obli. in fin. Bal. in .l. cum mulier. de condi. Inde. Ias. in auth. sed si post.C. de inoffi. te. et in auth. præterea. nu. 8. ubi testatur eam glo. esse communi ter receptam .C. unde Vir & Vxor. de iure Cano. loquendo. Ias. in .l. 2.§. quod si in patris. col. pen..ff. solu. ma. Corn. lib.3. cons. 242. in causa appella tionis. in fin. cum concor. per Boer.q. 130. ista quæ
3 stio. nu. 8. Ad † idq; dispositione legali teneatur .l. qui liberos .ff. de ritu nup. glo. in .d.l. obligamur. .§. lege. Ias. in .l. huius modi .§. cum pater. nu. 9.
4 de lega. primo. Quamobrem † cogi possit pater renitens officio Iudicis ut dotem constituat. Bar. in .l. mulier.§. cum proponeretur .ff. ad trebelle. & in .d.l. qui liberos. glo. Pau. Castren. & Alex. in .l. si
5 socer .ff. solu. ma. Cum filiæ † in dote quasi debi tor dicatur. glo. fin. in .d.§. cum proponeretur. Ias. in .l. filiusfa.§. diui. nu. 101. de lega. primo. quam obrem post mortem patris ante omnia tanq̃ æs alie num de medio deduci debet. ut not. Ang. in .l. papi nia .§. unde si quis. per glo. ibi in uer. sextans .ff. de inoffi. te. sequitur Ias. in .d.l. huiusmodi.§. si titio. col.i. de lega. primo. & Soci. Iunior. lib. 3. cons. 57.
6 considerato. col.i. & .3. Et prædicta locū habent † siue filiæ sint legitimæ, & naturales, siue naturales tantum quia eas quoq; pater dotare tenetur Iure Ca-

nonum inspecto .c. cum haberet. ubi glo. fina. et ibi Cano. ext. de eo qui du. in matri eā quā poll. per adul te. Bar. in .l. meuius .§. duobus. de lega. 2. & in .l. siquis à liberis §. utrum. de libe. agno. Alex. in .l.i. nu. 18. & ibi Pont. Peru. nu. 43. testatur hanc esse communem sententiam ff. solu. ma. Ias. in auth. res quæ. col. pen. C. cōmunia de lega. Aret. in cons. 48. reuocatur in dubium. col. 2. & Dec. in cons. 611. magnificus. per to. quam quidem communem sententiā seruandā esse etiam in terris imperij dicebat elegan. Bal nouell. in tracta. de doti. in 6. par. princi.
7 in 16. priuilegio. Licet de iure † ciuili aliter cautū sit .l. Vxorem .§. pater naturalis. de lega. 3. & per Bal. in .l. si pater dotem. nu. 6. C. de dot. promiss. Alex. & alios ordinarie in .l.i. ff solu. matri. post Bar. in .l. fina. col. 2. ff. de his quibus ut indig. &
8 Amanell. in sing. 140 tex. est. Et † hinc est q quā uis filiæ haberent earum bona propria, ut puta materna, auita, uel aliter aduentitia, & pater dotes constituens diceret se de bonis filiarū, uel de bonis utriusq; patris scilicet & filiæ dotare, nihilominus nisi cōtractui promissionis adsit cū patre filia præsēs de suis proprijs, si pater est soluendo, & non de bonis filiarum dotare intelligitur. ut est tex. expres. in .l. fina. §. ubi autem .C. de do. promiss. per quem tex. ita etiam dicit Ias. in .l.i. in prima lectu. nu. 23 ff solu. ma. & Corn. lib. 2. cons. cxi. uidetur. col. 2. & Pet. Gerar. d. singu. 71. tene menti in pra ctica. ubi refert doc. Perusinos. ita egregie cōsuluisse.

& sequitur hoc pro singulari dotis priuilegio Bal. nouell. d. tracta. de dotibus. in 6. par. principa. pri-
9 uilegio sexto. Quod Ampliauit † in eadē par. priuilegio 3. uolens idem quoq; procedere si filia esset emācipata, & pater negocia eius administraret, ip
10 samq; dotaret, nam (& si † alias ubi negociorū gestor explicat actum concernentem personā eius cuius negocia gerit, intelligatur uelle de bonis illius; & sic animo repetendi ab eo soluere, & non de suo soluere uelle, per id quod habetur in .l. cū post mortem. ff. de admi. tuto. & in .l. nesennius. de nego. ge. & per Corn. lib. i. cōs. 265. circa primū. col. 3.)
11 Attamen † secus est fauore dotis in patre filiam dotante; quia filia sic à patre dotata, siue sit in potestate siue sit emancipata, de bonis patris dotantis, non de bonis ipsius met filiæ intelligitur dotata. ut in .d. l. fina. ubi est casus singu. secundū eum (qđ tñ limitatur in Ciuitate Perusiæ in singulari casu de quo in .§. itē si aliquis. tit. de dotibus. lib. statutorū 2.)
12 Neq; minus potest † pater Vxore uiuente ex bonis maternis dotare filiam nisi matre cōsentiente. ut in .l. neq; mater. & ibi not. Bal. C. de iure do. sed de suis proprijs dotare tenetur etiam si ab eo filia fuerit emācipata. Pau. Castr. in .l. quoties. nu. 2. ff. so
13 lu. ma. Habito † respectu ad quantitatem patrimonij & substantiæ suæ, & dignitatem personarū idest Viri & Vxoris. ut in .l. quæro. & in .l. cum post. §. gener. ff. de iure do. & in .l. si filiæ. de lega. 3. et per Ias. in .l. si sic legatū. §. si mihi. nu. 9. de leg. primo.

& Soci. Iunio. lib. 3. cons. 72. consideratis nu. 8. Et
14 si forte † mulier semel à patre dotata, sine dolo dotem ammiserit, tenetur nihilominus pater rursus ei dotem constituere. Bar. Bal. & alij. in .l. si cum dotẽ .§. i. ff. solu. ma. Guil. de ludo. in singu. 110. glo. est. & Boer. q. 131. & uidetur. nu. 5. & seq. Tam & si
15 in † alijs dotantibus contrarium uerius sit. ut scilicet non teneantur rursus si semel dotem dederint, dotare; ut in .l. si socius pro filia .ff. pro socio: & ibi inquit Bal. in lectu. anti. ante fi. q. iterum dotare nõ spectat ad officiũ tertij quia sufficit dotasse semel. secundum spec. in tit. qui filij sint legi. uers. sed pone. & per Ia. in .l. duobus. §. si ei qui. col. 2. ff. de iureiur. & in .§. fuerat. col. pen. insti. de actio. cum concor. per Boer. in .d. q. 131. nu. 4. & prædicta nõ solum uendicãt sibi locũ filia nubente, uerũ etiam si filia monasteriũ intrare uoluerit, quia utroq; casu cã pater dotare tenetur. Bar. in l. i. §. si parens .ff. si à patre. quis fue. manu. & in decimo speciali huius
16 .q. nu. 20. latiùs dicemus. ¶ Quamuis † autẽ ad patrem ut diximus spectet filiabus dotes cõstituere, ad idq; inuitus cogi possit, fauore tamen paupertatis excusatur si propter inopiam, filiæ dotem dare non potest .l. fin. §. ubi aũt. in primo responso. et ibi
17 etiã not. Bal. C. de dotis promi. Et hinc † dicit Bar. in auth. res quæ. nu. 3. C. cõmunia de lega. q. & si nõ sit officiũ maternũ dotare filias sed paternũ. ut per glo. & doc. in .l. à filia. in prin. ff. ad treb. quãdo tñ pater esset inops nec haberet unde filiã dotare ualeret

ret, tunc dotare filiam officium esset maternũ sicut dicimus in alimentis, quod mater diues tenetur alere filios, quando pater inops est, ut in .l. siquis à liberis. fere per totã. ff. de libe. agno. & idem quoq; tenet Bal. in .l. neq; mater. C. de iure dot. Alex. & Ias. in .l. i. in quinta col ff. solu. ma. & Alex. lib. 6.
18 cons. 144. nu. 14. Quod intelligo uerũ qñ † pater non habet etiam ipse patrem, nam si haberet teneretur auus contemplatione filij sui dotare neptẽ ex filio inope .l. dedit dotem. ff. de colla. bono. l. et ideo .§. fin. cum .l. seq ff. de in rem uer. Fran. Aret. in
19 cons. 17. cõsideratis. col. 12. Quando † aũt Pater auus, & mater inops eẜẽt, uel deceẜiẜẽt facultatibus lapsi, onus istud dotandi trãsferretur in fratres utrinq; coniunctos, nisi & ipsi quoq; inopes essent. .l. cum plures. ante fin. cum. glo. in uer. patre. quã approbat ibi Bar. ff de admi. tuto. glo. fina. in .l. nõ omni. & ibi Bar. C. eo. & in .l. nihil interesse. ff. de in rẽ uer. Bal. in .d. l. qui liberos. de ri. nuptia. Ang. & Imo. in .l. à filia. in prin. ff. ad trebell. Afflic. decis. 371. dominus. nu. 3. Et est communis sententia à qua neminem discrepare dicit Ias. in .d. l. i. solu. ma.
20 nu. 28. Vbi fortius † ait ꝙ etiam si frater sit clericus non propterea releuatur ab onere dotandi sororem inopem. per nota. per Abb. in .c. peruenit. ext. de arbi. qui post Ant. de butr. notan. inquit ꝙ frater clericus licet regulariter non debeat bona ecclesiæ pro se & suis appropriare .c. res ecclesiæ. 12. q. .i. potest tamen cum bona conscientia dotare soro-

rẽ inopẽ de redditibus ecclesiæ uel beneficiorũ. arg. tex. in .c.i. ext. de cohabi. cleri. & in .c. per omnia.
21 iuncta glo. 31. distin. Vbi habetur q clericus † de redditibus ecclesiæ cõsanguineos pauperes alere põt. ita ergo & pariter dotare. cũ causa dotis nõ sit minus fauorabilis q̃ causa alimentorũ iuxta no. in .l.i.
22 .ff. so. ma. Et quilibet † tenetur potius suis consanguineis q̃ extraneis subuenire .c. non satis. 28. distin.
23 Vnde † dicũt Anca. in cõs. 437. laudasse exequutores qui in propinquos pauperes bona distribuerũt. ar. eorũ quæ habetur in .c. cæterũ. 86. distin. & ita tenet Capell. Tolos. q. 289. si filia, in scolijs. in fine.
24 Dicũtur aũt † prædictæ personæ inopes ad effectũ ut dotare nõ teneãtur qñ dotãdo nõ haberẽt nec eis superesset tantũ quod cõmode secundũ earũ qualitatẽ & dignitatẽ uiuere possẽt. ita tenet Dyn. in .§. itẽ si de dote. insti. de actio. Ang. et Imo. in .l. nẽsennius .§. fin. de re iudi. ut refert subtilis Aret. in cõs. 17. cõ
25 sideratis. col. pen. Et cõsideratio nõ solũ † habetur dotãtis uerũ etiã aliorũ sine quibus dotãs honorifice
26 ce secundũ statũ suũ uiuere nõ põt. Cũ † priuilegiũ alicui pro se concessũ, extẽdatur ẽt ad ministros sine quibus ille stare nõ põt .l. administrãtes. in prin. & ibi Bar. ff. de excusa. tuto. & per Bal. in auth. habita
27 col. i. C. ne filius pro patre. Et Oldra † in cons. 11. ubi dicit quod pauperũ appellatione ueniũt ẽt ij qui pauperibus seruire solẽt itaq; pauperibus dicitur arrogatũ qd seruiẽtibus pauperũ datũ est. arg. not. per Bal. in .l. omnis. nu. 4. C. de Epi. & cler.

Summaria.

1 Ecclesiasticæ res ad diuinum cultũ deputatæ sunt inalienabiles in laycos. Etiam si propriæ essent ipsorum laycorum.

3 Diuino cultui sacrata potius comburuntur q̃ ad manus laycorum transferantur.

4 Sacræ res extra commerciũ laycorum sunt.

5 Res laycorum sacratæ eis non restituuntur sed soluitur eis æstimatio.

6 Vestimenta sacra clerici met debent lauare & non laycis committere.

7 Layci Moniales, & Clerici in minoribus ordinibus constituti probibentur sacra tangere.

9 Alienans res sacras tenetur sub uinculo excõmunicationis ecclesiæ restituere.

10 Scolasticis non potest fieri exequutio in eorũ libris, nec militibus in armis.

11 Nec Doctoribus in eorum salarijs.

12 Nec rusticis in bobus aratorijs & quibusdã alijs eorum ferreis instrumentis, nec mulieribus in eorum bonis dotalibus.

13 Nec clericis in rebus sacris, nec in eorũ præben.

14 In præbendis potest exequutio fieri in subsidiũ, & tunc quid relinquatur clerico.

16 Clerici tenentur quantum facere possunt.

17 Clerici possunt de fructibus beneficiorũ satisfacere creditoribus. Quod procedit in clericis administrationem habentibus. nu. 18.

19 Ob pauperũ neceßitates res sacre alienantur.
20 Ecclesia aurũ habet, ut subueniat pauperibus.
21 Clerici tenẽtur de bonis ecclesiæ pauperibus subueni.
22 Res ecclesiæ dicitur pauperum esse.
23 Retinens bona ecclesiæ dicitur pauperes necare.
24 Relictum ecclesiæ cũ conditione ut alienari nõ poßit, propter neceßitatem pauperum poteſt alienari.
25 Hospitale edificatum ab aliquo cum protestatione ut nõ sit religiosus nec Episcopo subditus, an fiat religiosus inuito domino.
26 Testator non potest facere quin leges in testamento suo locum habeant. Et id quõ procedat. nu. 43.
27 Inalienabilia ex dispositione legis & testatoris non possunt fauore pauperum alienari.
29 Duo uincula magis ligant q̃ unum.
30 Res per testatorem alienari prohibitæ q̃ quãdoq; ex præsumpta mẽte testatoris alienentur.
31 Dispositio testatoris loquẽs in uno casu extẽditur ad alium de quo si fuisset testator interrogatus idem uerisimiliter respondisset.
32 Prohibita ex neceßitate fiunt permissa.
33 Neceßitas illicitum facit licitum.
34 Prohibitio legis est potentior prohibitione hoĩs.
35 Si testator prohibet alienationẽ simpliciter ex causa pauperum poterit alienatio fieri.
36 Argumẽtũ à dispositione legis ad dispõnem testa. ualet.
37 Prohibitio alienationis intelligitur de uolũtaria.
38 Si testator prohibet alienationẽ ita q̃ nullo casu alienetur, propter pauperes non poterit alienari.

39 *Relicta ecclesiæ sub conditione ne alienentur nō fiūt simpliciter ecclesiæ sed cum ea qualitate quam testator dominus imponere potuit.*

41 *Hospitale construitur ad utilitatē pauperum.*

42 *Protestatio contraria facto nil releuat.*

44 *Iuri publico non potest priuatus derogare.*

45 *Intell. §. sanctißimas. auct. de alie. & emphi.*

48 *Duo uincula magis operantur quando unum quodq; per se operatur.*

49 *Constitutio laycorū non arctat clericos.*

50 *Papa nō potest uniuersaliter statuere ut clerici sub sint iurisditioni laycorū. Etiam cū cōsensu cleri.*

52 *Clerici suo foro renunciare nō poßunt.*

53 *Clerici sunt lege diuina exempti à iurisd. laycorum. Etiam si sint in minoribus ordinibus constituti.*

56 *Statutū q̄ clerici subsint laycis nō ualet. neq; cōsuetu.*

57 *Requisita de iure Ci. in alienatione rerum ecclesiæ nō attenduntur sed ius Cano. attenditur.*

58 *Statuta laycorum cōtra ecclesiasticam libertatem nō coarctant clericos.*

59 *Dispositio. §. fin. auct. de hæ. & falci. est communis tam laycis q̄ clericis.*

60 *Facientes seruari statuta contra libertatē ecclesiasticam sunt excommunicati.*

61 *Non gaudet beneficio legis qui eius formā nō seruat.*

63 *Layci non poßunt se in negocijs clericorū immiscere.*

64 *De uniuersa ecclesia male iudicat qui iudicium laycorum quærit.*

65 *Laycus clericum distringens excōmunicatur.*

Processus per iudicem laycum factus contra clericum est nullus.

66 *Clerici duplicē causam habere dicūtur & quo ad temporalem subijciuntur iudicio laycorum.*

67 *Clerici debēt in tēporalibus obedire laycis regibus.*

68 *Leges diuinitus per ora principū sunt promulgate.*

69 *Dispositio laycorum non improbata à iure Cano. arctat clericos.*

70 *Ius Cano. non contradicens Iuri Ciui. illud comprobare censetur.*

71 *Oīa nostra facimus cū à nobis eis impartitur autori.*

72 *Statuta Spoletana cōfirmata à Papa, dicūtur papalia.*

73 *Leges seculares de ecclesijs loquētes non ualuissēt nisi à Papa fuissent approbatæ.*

74 *Statuēdi potestas regulatur à iurisdi. statuentium.*

75 *Taciturnitas in fauorabilibus approbationē inducit.*

76 *Confirmatio non ualidat actum nullum.*

77 *Nec quicq̄ noui tribuit.*

78 *Electione nulla non prodest confirmatio.*

79 *Fundamentū ubi deest nil super edificari potest.*

80 *Confirmatio nō stat per se sed alij actui adhæret.*

82 *Non præsumitur principem uoluisse actum nullum confirmare.*

83 *Confirmans scienter actum nullum, dicitur illum de nouo inducere.*

84 *Facta confirmatione actus nulli agitur ex confirmāte non ex confirmato.*

85 *Princeps laycus limitare potest ius Cano. & ex causa legitima clericos astringere.*

86 *Legatus Papæ licet contra Canones non possit statu ere, potest tamen ex causa dispensare.*

QVARTVM SPECIALE IN CONTRACTIBVS.

1 ℭ *Quarto fauorabilis † est Paupertas in rerũ Ecclesiasticarum alienatione, nam regulariter res Ecclesiasticæ ad cultum diuinum deputatæ & consecratæ in laycos alienari prohibentur. ut in .c.i. ext. de pigno. in .c. ad hæc. ext. de reli. domi. in .c. ea quæ & .c. seq. prima .q.3. & in .c. si forte. 17.q.4. et in .c.i. de rebus eccles. non alien. in extrauag. cõmuni*

2 *bus. Etiam si † res consecratæ ipsorum laycorum*

3 *propriæ sint. ut in .c. comperimus. 14.q.6. Ea .n. † quæ fuerunt ad altaris ministerium sacrata diuinoq; cultui destinata, potius comburi q̃ ad manus laycorũ amplius peruenire debent .c. mancipia. in fi. ext. de rerũ permuta. & .c. quæ semel. cum glo. 19.q.3. & in .c. ligna. & .c. seq. de cõsecra. distin. prima. et per Aret. in .l. qui uniuersas. §. possessionẽ. nu. 3. ff.*

4 *de acqui. poss. quia extra † cõmertium laycorũ esse dicuntur. §.i. insti. de inuti. stipu. bello. lib. 4. sup*

5 *puta. c. 12. in fi. Itaq; eis † amplius non sunt restituẽdæ, sed dominis pro eorum interesse aliter satis faciendum est. Abb. in .c.i. nu. 12. ext. de no. ope. nuncia. & in .c. uerum. nu. 16. de fo. compe. Quod*

6 *adeo † uerum est, ut etiam si uestimenta sacra sint sordida & lauanda, debẽt ipsi met clerici manu propria lauare, nec possunt laycis ea lauãda cõmittere.*

ut in .c.

ut in .c. nemo per ignorantiam. de consecra. distin. prima. quoniam layci ea tãgere & contrectare pro hibentur. ut in .c. in sancta. & in .c. uestimenta. de cõsecra. distin. prima. et in .c. illud. ubi Card. Alex.
7 not. 50. distin. Et non solum † laycis sacra targe re interdictũ est, uerũ etiam ipsis monialibus. ut in
8 .c. sanctimonialis. & .c seq. 23. distin. Ipsisq; † cle ricis in minoribus ordinibus constitutis .c. nõ liceat
9 ubi etiam Alex. not. 23. distin. Itaq; † talis indebi te alienans tenetur sub uinculo excõmunicationis ec clesiæ restituere. Abb. in .c. siquis de rebus eccles.
10 non alien. Et † quemadmodũ inter laycos quibusdã in rebus eorũ pro ære alieno exequutio fieri nõ põt. ut scolasticis in eorũ libris, militibus in armis, glo. in .l. nepos proculo. ubi etiam Alcia. de uer. signi. Bal. in .l. & quia .ff. ad macedo. Saly. in .l. filiæ cu ius .C. fami. herci. Ias. in .l. 2. §. 1. in 8. limita. ff. si
11 cer. pet. Doctoribus † in eorũ salarijs. Abb. in .c.
12 peruenit. nu. 11. ext. de fideiussõ. Et † rusticis in bo bus aratorijs, ligone, & alijs instrumentis eorũ fer reis & ad terræ culturam necessarijs .l. exequuto res. ubi scriben. C. quæ res pigno. oblig. poss. Fran. Rip. tract. in peste. in remedio præseruatiuo cõtra pestẽ. nu. 221. Et in specie cauetur primo uolu. sta tuti Perus. rub. de damnis datis in fine. & mulieri bus in eorũ bonis dotalibus .l. quicunq;. in fi. ff. de bo. dam. quã ad hoc allegat Amanel. not. 145. nota
13 q. pro debito. Ita clericis † in rebus sacratis nõ põt ad aliorũ quoq; clericorũ instãtiã pro ære alieno exe

quutio fieri, ut est nota, tex. in clem. si beneficiorū
14 de decimis. Et † hinc est q eorū praebendae nō pos
sunt nisi in subsidium à laycis creditoribus occupari
.l. stipendia. ubi glo. et doc. C. de exeq. rei iud Bar.
in .l. cōmodis. de re iudi Abb. in .d.c. peruenit. nu.
11. de fideiuss. Fran. Rip. in .l. obligatione. nu. 45.
ubi testatur hanc esse cōmunem sentētiam .ff. de pi-
15 gno. quod si forte † in subsidium occuparentur, de
beret ipsi clerico pro honesto eius uictu tantum re
laxari ut uiuere posset & ei uictus nō deesset ut ec
clesiae inseruire ualeret. secundum Cyn. & Saly. in
.d.l. stipendia. ut refert Boer. q. 226. & cōclusum.
ante fin. ubi attestatur ita in quibusdam curijs ser-
16 uari, ut ibi per eum. Ad quod facit † quia clerici
tenentur solūmodo in quantum facere possunt ad in
star militum armatae militiae. glo. ordina. in .l. mi-
les. de re iudi. & per Cano. in .c. odoardus. de solu
17 tio. merito. et c. Bene † uerum est q possunt ipsi cle
rici satisfacere creditoribus suis de fructibus benefi
ciorum, dummodo ecclesia propter inopiam nō pa
tiatur detrimentum, ita tenet Io. And. & Prepos.
in .c. reprehēsibilis. de appella. Hosti. Ant. de butr.
& alij in .c. 2. de fideiusso. ubi Sicul. testatur hanc
esse cōmunem sententiam. quam in practica obserua
ri uidisse dicit Collect. in .d.c. odoardus. ut refert
Capell. Tolos. q. 313. Item fuit traditus. in scolijs. Et
18 † procedere in clericis secularibus administrationē
habentibus tenuit Rota decis. uni. de solutio. in anti.
per nota. per Hosti. in .c. fina. de pecu. cle. ubi cle-

ricus potest etiam post mortem suam fructus beneficij creditoribus applicare, cum in eis usufructuario cōparetur. Argum. nota. in .c. præsenti. de offi. ordi. lib. 6. & per. Rot. decis. 41. de proba. in anti.

19 ¶ Sed redeundo † ad propositū, licet ita ut diximus ecclesiasticarum rerum alienatio sit prohibita, attamen fauore paupertatis ad urgenti pauperum necessitati subueniendum ne forte frigore uel fame pereant, permissum est, sicut & in redemptionem captiuorum, ut res ecclesiasticæ etiam consecratæ, & ad diuini cultus ministerium destinatæ in laycis alienari poßint. ut in .l. sancimus cum glo. pen. quā approbat ibi Bar. & Bal. C. de sacrosan. eccles. & ita tenet glo. in uer. queritur. 12. q. 2. in prin. Glo. Aret. & Moder. in .§. sacræ. insti. de re diui. & Gui. Pap. q. 594. res ecclesiæ. in prin. Nam aurum

20 habet † ecclesia, non ut seruet illud, sed ut eroget subueniatq; necessitatibus pauperum. ut in .c. aurū.

21 in prin. 12. q. 2. Itaq; † tenentur clerici de bonis ecclesiæ indigētibus laycis subuenire .c. fina. 16. q. i. & in .c. i. de priuileg. in extrauag. cōmunibus Abb. in .c. i. in fi. de rebus eccles. non alien. & præ cæteris debēt hospitalitati & elemosinis intēdere. ut legitur Math. 25. & in .c. i. & in .c. quiescamus. 42. di

22 stin. Res † enim ecclesiæ pauperum esse dicuntur inter quos debent esse cōmunes .l. 2. C. de Epi. & cler. Bar. in .§. si uero. in auct. de non alien. reb. eccles.

23 glo. in .c. secūdo 10. q. 2. Et idcirco † qui retinent bona ecclesie oblata uel testamento relicta dicitur

pauperes necare .c. qui oblationes. & .c. clerici. 13.
24 .q. 2. Et hinc notan. dicebat † Card. Alex. in .c. hoc ius. col. 3. 10.q. 2 q̃ quãdo aliquis relinquit ecclesiæ aliqua bona sub ea conditione ut alienari nõ poßint, huiusmodi cõditionali cõceßione nõ obstãte propter redemptionẽ captiuorũ uel alimenta pauperũ alienari poterũt, quia istũ casum concedẽs interdicere non potuit ex quo res ecclesiæ sunt ad opus pauperũ destinatæ .c. conuenior. 23.q.8. Ad quod
25 facit † quod scribit Calderi. in cons. i. de religio. domi. ubi inquit q̃ licet testator edificando hospitale dicat q̃ non uult q̃ sit locus religiosus, nec ipsũ hospitali subijcere dispositioni uel correctioni alicuius Episcopi uel personæ ecclesiasticæ, tamen locus inuito testatore factus est religiosus, & subiectus Episcopo per tex. in .c. de xenodochijs. ext. de religio. domi. & .c. sunt quidã. & .c. nouerint. 10.q.i. unde licet testator inhiberet, tñ Episcopus coget heredes uel detentores bonorũ legatorũ uel deputatorũ ad usum hospitalis, ut ea in hospitalitatis usum conuertant ut in clem. quia contingit. de religio domi.
26 Non .n. potest † facere testator quin leges habeant locũ in testamẽto suo .l. nemo potest. de lega. primo. & .c. requisiuisti. ext. de testa. Ita nec facere potest quin leges permittẽtes res alibi inalienabiles, ex causa paupertatis alienari posse, in eius dispositione locum habeant, ar. d. l. nemo potest. & .l. quod de bonis .§.i ff. ad .l. falci. & .l. 2. C. de condi. inser. cum concor. per glo. primã. in .c. si diligẽti. de fo. cõpe.

27 Caeterum † hoc secundũ aliquos procedere posse ui detur in rebus ecclesiae relictis, quae dispositione le gis alienari possunt. de quibus in auth. hoc ius por= rectũ. C. de sacros. eccles. & in .c. terrulas. 12. q. 2. & in .d.c. hoc ius. 10. q. 2. & in .c. ut super .§. i. & in .c. nulli. ubi Abb. ext. de rebus eccles. non alien. & per Guid. Pap. q. 149. secunda. in fin. Sed si in alienabiles ex dispositione legis essent, concurreretq; probibitio quoq; testatoris tunc nullo pacto fauore
28 pauperũ alienari posse uidentur, Quia † ubicunq; concurrit probibitio legis & hominis circa aliena= tionẽ, adeo arctat probibitio ut res illa alienari nõ posit etiã in casu alias à iure permisso. ut in .§. sanctis simas. in auct. de aliena. & Emphiteu. per quẽ tex. ita tenet Io. de Imol. in .l. filius fami. §. diui. col. i. de leg. i. quem ibi sequitur Ias. in prima lectu. nu. 12. & seq. & Barba. in repeti. c. raynaldus. car. 47. ext. de testam. & pro mirabili dicto & sempiterna memoria digno Corset. in not. in uer. Probibitio. et facit ad hoc glo. nota. in .l. fin. in glo. magna ad fi. .C. de rebus alie. non alienan. glo. in .l. ea lege. in glo. magna. ibi item in illa de alienatio. et c. quam sequitur ibi Bar. C. de condi. ob causam. Bal. in .l. i. in 7. oppo. C. de pact. & docto. in .c. uerum. ext. de
29 condi. apposi. Et faciunt etiã † nota. in auth. itaq; .C. cõmunia de successio. ubi nota. q duo uincula ma gis ligant q̃ unũ. ut & in .§. si igitur, in auct. de consang. & Vteri. fra. & in .§. sed hodie. insti. de adoptio. & per Bal. in .l. sed & milites. in prin. de

excu. tuto. Alex. in .l. centurio. nu. 14. ff. de uulga. & Ias. in repet.l. admonendi. nu. 36. ff. de iureiuran.
30 *Ego tamen uehementer † dubito an in casu urgentißimae neceßitatis, quando pauperes fame forte perire possent uel aliis apud infideles sacrosanctam Christi fidem negare cogerentur, poßit ecclesia huiuscemodi res alienare, eisq; subuenire, uidetur .n. q. poßit ex praesumpta uoluntate relinquentis apud quem non debuit plus pecunia sua q̃ moribundi uita ualere, quod non leue peccatum est, ut dicit tex.*
31 *in .c. no satis. in fi. 86. distin.* Dispositio † *enim testatoris loquens in uno casu extenditur ad alium casum de quo si forte testator interrogatus fuisset uerisimiliter idem disposuisset iuxta nota. in .l. gallus. .§. & quid si tantum. de lib. & po. & per Alex. lib.i. cons.9. nu. 3. & cons. 55. nu. lib. 3.* Et *praete-*
32 *rea † ea quae regulariter sunt prohibita, in casu neceßitatis censentur permissa. glo. in .l.i. in prin. in uer. non aliter. quam ibi not. doc. ff. de offi. eius. & est bonus tex. in .c. quod non est. ext. de reg. iu.*
33 *Itaq; ex † neceßitate licitum est layco alios confiteri. ut est glo. nota. in .c. pastoralis. in uer. motis. de offi. ordi. & in .c. cepit. in uer. praeciperet. 24.*
34 *.q.i.* Et *facit etiam quia † prohibitio legis potentior est prohibitione hominis. ut in .l. siquis. ita.§. ea lege. ubi pau. Castren. not. de uer. obli. & not. in .l. 3.C. de condi. ob causam iunctis nota. per* Bar. *in .l. quod ait in fin. ff. de diuor. &* Bal. *in .l. 2. nu. 5.C. ut in possess. lega. Sed prohibitione legis non*

obstante res istæ ecclesiasticæ ex causa prædicta alie nari possunt, ergo à fortiori non obstante prohibitione testatoris ex eadem causa pariter alienari po terunt. arg. nota. in auth. multo magis. C. de sacro
35 san. eccle. Quamobrem † concludendum uidetur considerando duos casus principales, primus est qñ testator prohibuit alienationem rei simpliciter generalibus uerbis. ut puta quia dixit, lego tali ecclesiæ fundum cum ea conditione ut non alienetur, & in isto casu dicendum est q̃ propter urgentem pauperum neccessitatem quibus aliunde subueniri non potest, alienari poßit quia ex legitima causa super ueniente à uoluntate defuncti recedere possumus .l. in confirmando cum .ll. seqq. ff. de cofir. tuto. Nam si lege quandoq; prohibente harum uel similium rerum alienationē potest tñ pauperū fauore alienatio fieri. ut in .d.l. sancimus. cum concor. de quibus supra. ita pariter prohibitione testatoris nō obstante dicendum est ex eadem causa alienationem fieri po
36 tuisse. arguendo † à dispositione & prohibitione legis ad dispositionem prohibitionemq; testatoris. ut in .l. seruus hac lege .ff. de manumiss. & in .l. si ita fuerit. ubi Bar. ff. de manu. testa. & facit bonus tex. in .l. cū quidā uer. quēadmodū .C. uer. sig. & quod tradit Bal. in .l. maximū .C. de libe. præte. in prin.
37 Ad † quod quidē facit nā prohibitio alienationis licet uerbis generalibus facta ab homine intelligi de uoluntaria non de neccessaria solet. ut nota. scribentes in .l. peto .§. prædium. de lega. 2. & in .d.§. diui.

fami. berci. & in .l. & ideo. de condi. fur. & per Alex. cons. 55. nu. 5. lib. 3. & Curt. Senio. in cons. 63. col. fina. post Roma in cons 107. & 219 &
38 *alijs in locis de quibus ibi per eum. Secũdus † casus est quãdo testator dixit se sub ea conditione relinquere ut nullo modo, nulloq; sub quæsito colore res alienari posit, & constãt q̃ si testator interrogatus fuisset non tñ alienationi cõsensißet ut puta quia uoluit eam rẽ perpetuo apud ecclesiã permanere tũc propter expreßã huiusmodi testatoris uoluntatẽ fauore pauperũ uel ob captiuorũ redemptionẽ alienatio aliqua nõ censeretur permissa. & ita procedat tex. in .d. §. sanctißimas. & alia similia. de quibus supra.*
39 *Nec † obst. q̃ testator id onus imponere nõ potuit ex quo res ecclesiæ sunt ad opus pauperũ destinatæ .c. quod autem. 23 q. 7. Quoniam respõdetur quod imponẽdo testator hoc onus quando relinquit ecclesiæ, res illa non fit simpliciter ecclesiæ sed cum hac qualitate ut per ecclesiæ ministros alienari non poßit itaq; nõ poterit ecclesia pro eius libito de ea disponere, q̃a nemo plus iuris in aliũ trãsferre põt q̃ ipse habeat l. nemo. de reg. iur. Idq; domino facere licuit ab initio tẽpore quo res erat sua ut tenet Bal. in .c. in præsẽtia. nu. 41. ext. de proba. & in .c. clerici. nu. 3. de. iudi. cum quilibet sit rei suæ moderator & arbiter. ut in .l. in re mandata .C. manda. & in .l. 2. ff si à paren. quis fuc. manumiß. & in .§. disponat. in auct. de nupt. & liberũ habeat arbitriũ relinquẽdi ecclesijs pijsq; locis quid quantũ quomo=*

doq; ipse uelit. ut in .l.1. C. de sacrosã. eccles. rebusq; donatis possit legẽ quã uult imponere iuxta nota. in .l. quoties .C. de donatio. quæ sub modo. & per Soci. Iunio. lib. 3. cons 67. pro habenda resolutione. nu.
40 29. Nec obst. † dictũ Calde. de Hospitali edificato à layco cũ ea cõditione ut nõ sit locus religiosus nec subditus Episcopo, & tñ contra eius uoluntatem fit religiosus & subditus Episcopo. Quoniã respon. differentiã esse inter casum & casum. ibi .n. qui ea cõditione erexit hospitale, implicabat contradictio
41 nem, quia † hospitale est locus erectus & constructus pro utilitate pauperũ .d.c. de xenochijs. & propterea fauorabilis & pius Bal. in cons. 465. in Ciuitate Brixiæ. lib.1. Fely. in .c. de quarta col. 2. de præscriptio & Cors. not. in uer. hospitale. & superius
42 in quĩta .q. nu. 44. latius diximus. Vnde illa † protestatio quam fecerat edificans tanq̃ contraria facto (quia negari nõ poterat quin sub esset saltẽ sub generali iurisditione Episcopi) est reijcienda. ar.c. solicitudinem. ext. de appella. & per Bar. in .l. nõ solũ .§. morte. col. 4 ff. de no. ope nun. & Alex. lib. 3. cons.1. nu. 14. et lib.4. cõs. 130. nu. 16. & Corn. lib. 2. cons. 75. diu. col.1. & in cons. 209. quia col. 2. & Dec. cons. 460. col.1. & q̃ tenet Rot. decis.
43 18. de procu. in anti. Nec obst. q̃ non possit † testator facere quin leges in testamento suo locũ habeant. quia id intelligitur respectu solẽnitatum à iure inductarũ, nõ respectu uolũtatis relinquentis ita dicit Bar. & doc. in .d.l. nemo potest. in primã col.

44 Nam † *solēnitatibus iure publico introductis nullus priuatus pōt derogare .l. ius publicū.ff. de pact.& .l. iurisgētiū.§. si paciscar.& .l. si seruus.§. pacta.ff.eo. & .l. nec ex pretorio.& .l. neq; pignus.§.i. ꝗ reg.iu.*

45 Vltimo non † *obst. cōcursus prohibitionis legis & testatoris supra consideratus. Quoniā recte intuēti clare constabit nullam ex parte legis prohibitionem cōcurrere, lex .n. permittit ꝙ fauore captiuorū & pauperum res ecclesiasticæ alienari poßint. ut in .d.l. sancimus. & in.d.§. sacræ. & utrobiq; nota. unñ licet testator prohibeat dictā alienationem, non tñ propterea duplex prohibitio cōcurrit, quia ex parte legis nulla prohibitio emanauit, sed solū ex parte testatoris quam lex tolerat. in .d.§. sanctißimas. fauore ultimæ uoluntatis. arg.l.i.C. de sacros. eccle.*

46 *& .l in testamētis de reg. iur.* † Et *si subtilis replicaret ꝙ quādo testator prohibet subintrat concursus prohibitionis legis. quia tex. in.d.§. sanctißimas. dicit ꝙ si testator dispośuerit ꝙ ea quæ ecclesijs reliquerit, non poßint alienari ullo modo etiam in redemptionem captiuorum uel alimenta pauperum nō poterunt ecclesiæ ministri ullo pacto alienare, & bona inalienabilia esse dicentur, & sic eo ipso ꝙ testator prohibet, subintrat etiam dispositio prohibitiua legis concurrens cum dispositione hominis.* Adhuc

47 † *tamen respondetur ꝙ quāuis lex saltem per mißiue uideatur concurrere, nihilominus quia loquitur conditionaliter, quando, scilicet, & si, testator dispośuerit, idcirco à se ipsa absq; uolūtate te-*

statoris nullum habet effectum. arg. not. in .l. cedere diem. de uerb. signi. & §. sub cōditione. cum .§.§.
48 *seqq. insti. de uer. obli.* Illud † *autem assumptum q duo uincula praeponderant uni procedit quādo unū quodq; per se operatur.* Bar. *in .l. si arrogator. nu.* 10.*ff. de adoptio.* Bal. *in .l. siquis ex argentarijs.§.* .i.*ff. de eden.* Ias. *in .l. centurio. nu.* 58 *ff. de uulga. &* Io. Crot. *in .l. re cōiuncti. in* 2. *col. de leg.*3. *unde in isto casu geminatio prohibitionis nihil releua*
49 *bat ex his quae statim diximus.* ¶ *Caeterū* † *in terminis* Huius *quarti priuilegij oritur disputatio quonam modo* Iustina. Imper. *posit in .d.l. sancimus, prohibere clericis ecclesiasticarum rerum alienationem? Cum regula sit q laycorum constitutiones clericos non coarctant. ut in .c. bene.* 96. *distin. & in .c. non placuit.* 16.*q.*7. *& in .c. ecclesia sanctae Mariae ubi ordinarie per* Cano. *ext. de constitu. & in .c. fin. ubi* Abb. *ext. de rebus eccles. non alie.* Bar. *in .l.i. in quinta .q.C. de summa* Trini. *& in .l.i.C. de his quae poenae no.* Gome. *in .§. ex maleficijs. nu.* 38. *uer. non obstat. insti. de actio.* Mars. *nota.* 29. *statuta &* Corn. *lib.* 3. *cons.* 9. *attentis. col.i.* Adeo *ut dixerit* Dec. *in .c. in praesentia. nu.* 160. *ext. de proba. q leges quae sunt sub tit.C. de sacro. eccle. & de* Episco. *& cler. non habent locum de iure* Cano. *ex defectu potestatis statuentium. arg. not. per* Bar. *in .l. omnes populi .i.q. primae .q. prin. de* Iust. *&*
50 *iur.* Quin *immo* Papa † *uniuersaliter statuere nō potest, ut clerici subsint* Laycorum *iurisdictioni,*

ut not. Cardi. & Abb. in .c. 2. de maio. & obe. &
51 Dec. in .d.c. ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 16. Etiã † cum consensu ipsorum clericorũ. signo de mediola. in cons. 21. statuta Ciuitatis col. 2 quẽ refert Dec. in cõs. 276. in causa quæ lucæ agitatur. nu. 2. Quia
52 † nec ipsi quoq; clerici possunt tacite uel expresse foro suo ecclesiastico renunciare glo. & doc. in .c. si
53 diligenti. in uer. manifeste. de fo. compe. Cum † sint diuina lege à iurisditione laycorũ exempti. ut in .c. si Imperator. ubi etiam glo. 97. distin. quã glo. ad hoc singu. dicit Roma. in singu. 419. sed an potest Papa. & per Inno. in .c. siquis. de maio. & obe. Et ita tenuit Fran. Zaba. in repe.c. perpẽdimus. de sen. excom. Rota decis. 10. de consuetu. in anti. Et Dec.
54 † in cons.150. dubitatur. nu. 4. qui extendit ad clericos in minoribus ordinibus constitutos ut nec ipsi laycorũ iurisditioni subijciantur. per tex. in .c. 2. de fo. compe. & in .c. cũ non ab homine. de iudi. & per glo. in .c. nullis. in uer. tonsura. de tempo. ord.
55 lib. 6. Nec q̃ statutũ † uel cõsuetudo ualeat in con
56 trariũ .c. clerici. ext. de iudi. Hinc † respõdit glo. Neap. super constitutione Regni incipi. siquis uel si qua. in uer. materna. in fi. q̃ cõnsuetudo Regni ligare non potest clericũ uel prælatum de bonis paternis uel maternis testantem ut teneatur certã portionem proximioribus relinquere. ut refert Ant. Capi. in decis. 98. in causa Francischellæ. post prin. quia bona clericorũ gaudent eodem priuilegio cum bonis ecclesiasticis Rot. decis. 7. in fi. de iudi. in no. Et hic

57 † etiam dicebat Inno. in .c.i. de rebus eccle. nõ alie. lib. 6. ꝗ licet multa requirantur de iure ciuili in ecclesiasticarũ rerũ alienatione, ut habetur in .l. Iubemus. & in auth. hoc ius .C. de sacrosan. eccle. At tamen ex quo ius Cano. super hoc statuit minorando requisita stabitur iuri Cano. nec per iuris Ciuilis dispositionem suppletio fiet, cum iura Ciuilia super rebus ecclesiasticis ecclesias non astringãt. ut refert Abb. in .c. inter alia. nu. 16. ext. de immuni. eccle. in .c. cum apostolica. nu. 5. ubi refert solemnia in prædicta alienatione de iure Cano. requisita. ext. de his quæ fiũt à præla. & in .c. nulli. col. 1. de rebus eccle. nõ alien. (uide tñ Cardi. Alex. in .c. sine exceptione. col. fi. 10. q. 2. ubi ponit 11. limitationes in quibus ualet alienatio rei ecclesiasticæ sine debitis solẽnitatibus. ut refert Capit. decis. 105. in causa mo-
58 nasterij. nu. 2.) Huic † obiectioni tripliciter respondetur, & primo ex Teorrica Bar. in .l. prima in quinta .q. C. de summa Trini. ubi querens an statuta uel consuetudines laycorũ alligẽt clericos, distinguit tres casus. ut ibi per eum. Ex cuius distinctione colligo solutionẽ ꝗ tunc demũ statuta & constitutiones laycorũ clericos non coarctãt, cũ contra ecclesiasticam eorũ libertatem emanauerint, uel contra priuilegia eorũ in specie. arg. tex. in auth. Cassa. C. de sacros. eccle. & .c. nouerit. de senten. excõmu. & in simili de cõsuetudine loquens tenet Rota. decis. 3. de consue. in anti. alias aũt omnes siue clerici siue layci sub legali laycorũ iurisditione seu lege comprahen-

duntur, dũmodo sit possibilis & honesta. c. erit aũt. 4. distin. & .c. cũ uenissent. ext. de eo qui mitti. in poss. rei seruan. causa. & .c. cõstitutus. de in integ. restitu. & .c. cũ causa. de re iudica. & per Dec. in cons. 283. uiso puncto. nu. 8. ubi testatur hanc esse cõmunem sententiã. Ex quo fit, ut, cũ dispositio dictæ .l. sancimus. non sit contra propria clericorum, ecclesiarũq; iura in specie quinimmo magis consonet cũ dispositione iuris Cano. prohibentis rerũ ecclesiasticarum & diuino cultui sacratarũ alenationem. de quibus in prin. huius specialis mentionẽ fecimus, iure optimo clericos astringere posse uidetur. Quod ulterius probatur. ex dicta auth. Cassa. arguẽ. à cõtrario sensu. dum annullãtur statuta contra libertatem ecclesiasticam inducta, ut si non sint contra liberta. ecclesiasti. cassari non debeant sed in suo robore permanere, ut ibi hoc not. Dec. in 2. nota. Adducens Ancar. idem tenentẽ in cons. 124. Visis &
59 diligenter ruminatis. col. fin. Ad quod etiã facit † tex. in .§. fina. in auct. de hære. & falci. ubi dispositio illius constitutionis cõmunis est omnibus hominibus tam laycis q̃ clericis quia omnibus uniformiter utilis est, & ad hoc illũ tex. not. Ias. in .l. filiusfami. .§. diui. in prima lectu. nu. 81. de lega. primo. Et
60 facit etiam textus † in .d.c. nouerit. ubi contra facientes obseruari statuta contra ecclesiasticã libertatem est pœna excõmunicationis instituta, ut ẽt not. Capit. decis. 161. in causa Cursconi carcerati. in fi.
61 Et † dicebat in proposito Bal. in .l. fi. §. si uero post

.C. de iure delibe. per illũ tex. ꝙ nõ potest gaudere beneficio legis uel statuti ille qui non seruat formam legis uel statuti, nec distinguitur utrum clericus sit uel laycus, quia quando lex disponit aliquod beneficium indulgendo, pari ratione omnes includit quos includere non est contra priuilegium ecclesiæ, quia aliud est pœnæ metu libertatẽ ecclesiasticam auferri, aliud est præmium statuti certa forma imitari. ut in .l. titio centum .§.i.ff. de condi. & demo. Sed
62 istbæc prima † sol. uidetur dubia, quoniam clerici indistincte sunt amanibus & iurisditione laycorũ exẽpti.ut in auth. statuimus .C. de Epi. & cleri. et in .d. .c. ecclesia sanctæ Mariæ. & in .c. decernimus. de iudicijs. in .c. fin. de rebus eccle non alienan. & per Gram. decis. 30. magnificus. nu. 8. & post Inno. in .c. si quis. de maio. & obe. Ro. decis. 10. de cõsuetu.
63 in anti. Neq; possũt † layci ecclesiasticis negocijs se immiscere etiam de uoluntate clericorum .c. contin
64 git. ext. de arbitris. Diciturq; de † uniuersa ecclesia male iudicare qui laycorum iudicium querit .c.
65 placuit. 11.q.i. Et † laycus qui clericum distringit uel condemnat, excommunicari debet .c. 2. extra de foro compe. & .c. inclita. 11.q.i. Mars. nota. 694. incip. apud omnes, ubi inter cætera singulariter inquit ꝙ quilibet processus factus per iudicem laycum contra clericum, est nullus, & quælibet sententia lata per iudicem laycum est nulla quamuis nemo pro eo cõparuerit ad allegandum priuilegium clericale. & ita asserit tenuisse not. Archi. in

.c. placita. 15.q. 4. & spec. in tit. de citatio. §. i. uer. sed pone. & Io. And in reg. sciēti. in mercurialibus & facit glo. in .§. hæc considerantes in auct. ut oēs obe. iudi quam ad hoc not. Gui. de ludo. in nota. 4.
66 Nisi respondendo † dicamus q clerici duplicem causam possunt habere, ut etiam superius in quinta .q. prin. nu. 28. diximus. nam aut agitur de causa ecclesiastica spirituali & nō subijciūtur. ut supra. quibus addo quod tenet Rot. decis. 5. de fo. compe. in anti. Aut de causa temporali & prophana, & tunc subijciuntur iudicio principis layci, ipsiusq; statuto ligantur ita distinguere uidetur glo. in .d.c. contingit. Et Latius Calderi. in cons. 11. de constitu. &
67 Gui. Pa. q. prima. incip. in manibus. Ad quod † facit, quia in temporalibus tenentur clerici principibus & Regibus secularibus obedire ut in .c. siquæ causæ .§. his itaq; & ibi etiā Arch. 11.q.i. Gui. Pap.
68 .q. 79. an clerici añ. fi. Leges † enim diuinitus per ora principū sunt promulgatæ .l.i.§. sed neq; .C. de de uete. iu. Enucle. l. fi. & ibi glo. in uer. diuino .C. de præscrip. lon. tempo. Sed quia in hac respon. ad præsens pedes non firmo idcirco secundo responde
69 ri pōt † distinguē do q aut dispositio laycorū prædicta est à iure Cano. improbata, & nullatenus ualet ut clericos ipsos astringat & ita procedat tex. in .d. .c. bene. & .c. ecclesia sanctæ Mariæ. cū concor. de quibus supra. Aut non est à iure Cano. improbata
70 & tunc arctat etiam clericos. Nam † eo ipso q ius Cano. non contradicit, cēsetur ius ciuile approbare, & confir

& confirmare. ut in .c.i. ubi hoc per illũ tex. not. Abb. ext. de no. ope. nuncia. Hosti. & Cano. in .c. fin. ext. de solutio. glo. in .l. inter omnes. in prin. .ff. Qui satisda. cog. Cassa. decis. 6. de resti. spo. et Dec. in .d.c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 107. & in .c. intimasti. col.i. ubi asserit hanc esse regulam cõmunem. ext. de appella. Illiusq; approbationis uigore astringuntur clerici tanq̃ ex Canonica dispositione, Abb. in .c. inter alia. nu. 16. de immunita. eccle.
71 Omnia † enim merito nostra facimus cum eis à nobis impartitur autoritas, dicit tex. in .l.i.C. de uete. iu. enu. & in .c.i. et 2. ext. de confir. utili uel inuti.
72 & in .c. si appostolicæ. de præben. in 6. Vnde † dicebat Bal. in .l. ex placito. in 3. col.C. de re. permuta. q̃ si Papa confirmat statuta Spoletana inspecie, non dicuntur amplius Spoletana, sed statuta Papalia. quod pro singulari refert Mars. nota. 567. om
73 nia. Et hinc † etiam dicebat elegãter glo. in .c. quo iure. in uer. leges. 8. distin. q̃ leges Imperiales de ecclesijs loquentes non ualuissent nisi ab ecclesia & Sũ
74 mo Pontifice fuissent approbatæ. Cum statuendi † potestas reguletur à iurisditione statuentiũ secundũ Bar. in .l. omnes populi. prima .q. primæ .q. prin. de iusti. & iu. & Bal. in .l. fina.C. de iurisdi. om. Iudi. & est bonus tex. à nemine (quem uiderim) allegatus, in .l.i.§. fina. uer. & ideo .ff. quod quisq;
75 iu. Et † suadetur ista respõsio, quoniã patiẽtia operatur consensũ in eo qui actũ contradicendo potest impedire .l. sepe.§. cui. de re iudi. Dy. in reg. qui

tacet in 6. Rot. decis. 16. nu. 4. de renũcia. in anti. taciturnitas in ijs quæ ad cõmodum pertinẽt, cõsensum & approbationem inducit, licet secus sit in his quæ dãnũ respiciũt .l. si remunerãdi .§. si passus. ubi etiam Bar. & in .l. qui patitur ubi glo. ff. manda. & facit tex. in .l. filiusfa. §. inuitus. ff. de procurato. & in .l. 2. ff. ad municipa. Bar. in .l. quæ dotis. nu. 22 . ff solu. ma. Bal. in .l. si sine uoluntate .C. ad uelleia. Pau. Castren. in .l. interdum .ff. rẽ rat. habe. Alex. in .l. non solum .§. morte col. 6. ff. de noui ope. nun cia. & in .l. uoluntatẽ. ubi etiam Ias. & alij .ff. solu. ma. Affiic. decis. 95. Angelus. col. 3. & decis. 58. uertitur. nu. 3. et decis. 308. Frãciscus. nu. 4. Cassa. decis. 3. nu. 2. de rescrip. & Curt. Senior in cons.
76 77. super articulo. nu. 3. Et quãuis † contra hanc secundam respon. obijci forte possit, q confirmatio actum nullum non conualidat .l. aurelius .§. testamẽ to. de libe. lega. l. siquis priore. ad trebell. & .c. ex parte. de constitu. & per Gramma. decis. 66. in cau
77 sa Excellentiss. nu. 52. Quia nihil † noui tribuit. .l. & quia .ff. de iurisdi. omnium Iudi. & .c. inter dilectos. de fide instru. Imol. in .l. conuentionum .ff. de pact. Aret. in cons. 62. ex facto. col. 2. Affiic. decis. 404. fuit. nu. 4. Cassa. decis. uni. de confirma. uti. uel inuti. & Boer. q. 172. & duo. nu. 25. Itaq; si ius à laycis constitutum quo ad clericos est nullum quia layci in clericos iurisditionem non habent, sequitur q nec à clericis confirmari potest, cum cõfirmatio præsuponat aliquid prius esse quod

confirmetur. Bal. in .l. nominatio .C. de appella. in fin. Gram. decis. 66. in causa Excellentiss Comitis.
78 nu. 52. Et hinc † dicebat in proposito Abb. in .c. quod sicut. de electio. in fin. q. si electio esset nulla confirmatio non prodesset, per tex. in .c. uni. de postula. præla. lib. 6. glo fina. in .c. quam sit de elec.
79 in 6. Dec. in .c. postq̄. de electio. col. 2. Quia † ubi fundamentū deest nihil superedificari potest .c. cum paulus. i. q. i. Azo. in proe. suo super insti. ante fin,
80 & Abb. in rub. ext. iureiur. Et quia † confirmatio non est actus per se stans sed alij actui cōfirmato adhærens. Bal. in .l. falsus. col. 2. C. de falsis,
81 Ideo † actus nullus confirmari non potest. Inno. in .c. dudum. ext. de decimis. Alex. in .l. more. col. 6. de iurisdi. om. iudi. Dec. in rub. ext. de confirma.
82 uti. uel inuti. Nec † præsumitur unq̄ principem eū confirmare uoluisse, Bal. in .l. bonorum. in secundo
83 nota. C. qui admitti. Responderi † tn̄ potest q. quā do confirmatur actus qui alias nullus erat & inualidus, tunc ualet confirmatio tanq̄ actus nouiter in ductus, quia confirmans scienter actum nullum dicitur denuo eundem dare uel facere .l. adoptio. la. 2. ff. de adoptio. & .l. legata inutiliter. de leg. primo. & l. lege obuenire. de uerb. signi. in fin. & in .§. fina. cum glos. insti. de tutell. & ita tenet Bar. Ange. & omnes in .l. more, cum qua legunt .l. seq. & quia. super glos. in uerst. nec ipsa .ff. de iurisdi. omni. Iudicum Bal. in .l. ex placito. nu. 6. C. de rerum permutatio. & in .l. ex uerbis .C. de donatio.

inter Virum & Vxo. Dec. in rub. C. qui admitti in prima lectu. nu. 18. Mars. nota. 196. Confirmatio. P. Gerar. singu. 3. uide. nu. 16. Grāma. decis. 103. Illust. nu. 161. & Rota deis. 11. in fin. de iure pa-
84 tro. in anti. Itaq; tunc † ex confirmāte, nō ex cō-firmato agendum est. secundum glo. in .l. aurelius. .§. testamento. de libe. lega. Bar. & Pau. in .d.l. si quis priore .ff. ad trebell. & in .l. posthumus .§. si
85 paganus. ff. de iniusto testa. Tertio & ultimo † re spondere potest q & si Princeps laycus iurisdictionē nō babeat in clericos quos suis legibus ligare nō pōt, Attamen dicendū est q bene possit ex legitima causa clericos arctare per modum limitationis ius Cano. restringendo. glo. Bar. Bal. & scriben. in .l. fina. C. si contra ius, uel utilita. publi. glo. & Bar. in .l. i. .ff de consti. princi. Bar. in proe. ff. col. 2. uer. item quæro quid de rescriptis. nu. 6. in fine. & in .l. omnes populi. 3. q. prin. nu. 21. de iusti. & iu. Bal. in auth. ad hæc. col. i. C. de usuris. Alber. de statutis. in prima parte. q. 8. incip. sed an ualeat statutum contra ius Canonicum. & Dec. in .c. quæ in ecclesiarū.
86 nu. 43. de consti. Ad quod facit † id quod notan. inquit Ant. de butr. in cle. 2. de rescrip. per glo. ibi quam sequitur imol. q quamuis Legatus Papæ contra Canones statuere nō possit .c. pen. & fi. de filijs præsbi. et .c. dilectus. il. i. de præben. et per Cassa. ad regu. cancella. decis. 3. de decre. in reserua. bene. tñ dispēsare pōt ut notat Andre. Sicu. in .c. cū omnes col. pen. de consti. & Dec. in .c. at si clerici .§. de

adulterijs. nu. 102. de constitu. post Anto. de but. in cle. 2. per glo. ibi de rescrip.

Summaria.

1 Liber homo uẽdi pignorari uel aliter alien. nõ põt.
2 Infinita est æstimatio libertatis.
3 Libertas in æstimabilis est.
4 Contractus uenditionis liberi hominis est nullus.
5 Liberum corpus non recipit æstimationem.
6 Quæ sunt extra commercium nostrum non possunt in obligatione deduci. neq; scienter possideri.
8 Creditor recipiẽs pignori liberũ hominẽ relegatur.
9 Emptio liberi hominis ignoranter facta ualet ut uẽditor de euictione teneatur.
11 Persona uendita inuita non fit serua, consentiendo tamen bene fit serua.
13 Valet promissio de seruando carcere donec satisfiat creditori à debitore facta.
14 Homo liber non potest locare in perpetuum operas suas ut ipse tantum seruire teneatur.
15 Pater potest paupertatis prætextu uendere pignorareue filium.
16 Sed non ob alias similes causas.
17 Mater potest uendere uel pignorare filium.
18 Extensio in correctorijs permissa est ex idẽtitate rationis ubi ratio decisionis est in textu expressa.
19 Mater in procreatione & educatione filiorum fungitur grauiori officio q̃ pater.
20 Matrimoniũ quare potius q̃ patrimoniũ dicatur.

21 Vir & Vxor sunt duo in carne una.
In facultate uendendi filium propter famem non debet ius pa. pote. considerari.
22 Emptio & uenditio est contractus iuris gentium.
23 Serui originarij, rustici, et cēsiti nō poßūt alienari sine terra. Quod ēt fallit ex causa necessit. famis.
24 Dominus potest uasallum inuitum ex neceßitate famis uendere.
25 Licet regulariter contra.
26 Receditur à quadam iuris congrui cōsuetudine propter neceßitatem famis.
27 Filius alienatus à patre fit seruiens & non seruus.
Et cogere potest patrem ut eum redimat ubi ad feliciorem fortunam peruenerit.
29 Pater pro neceßitate famis filium præsbiterū uendere non potest.
30 Filius habens patrem in neceßitate, non debet ad sacros ordines promoueri, ut pater mediāte eius persona ali non poßit.

QVINTVM SPECIALE IN CONTRACTIBVS.

